Prima opinio falſa ⁊ ſtultiſſima eſt manicheorũ. Iſti ut iſidor⁹ dicit li. viij. ethy. a quodã perſa cui nomen erat manes. manichei ſũt appellati. Ponentes duo principia ꝯ omnẽ veritatẽ tam theologoꝝ qz philoſophorũ. De xpo vero aſſerũt eũ aſſumpſiſſe corpus fantaſticũ ⁊ apparens. ⁊ q ea que ſm hoiem geſſit. ſ. q natus eſt. q comedit. q mortuus eſt ⁊ ſimilia in veritate non fuerunt. ſed in quadam apparẽtia. Et hec opinio beſtialis totũ incarnatiõis myſteriũ ad quandã fictionẽ deducit Contra quã opinionẽ eſt ſcriptura ſancta. dicit enim Johis primo ca. Verbũ caro factuz eſt. ſ. ſm exiſtentiã nõ ꝫ apparentiã. Et apoſtolus ad Romanos primo ca. Factus ex ſemine dauid ſm carnem. Et xps poſt reſurrectionez dixit diſcipulis Luce vltimo ca. Palpate ⁊ videte qr ſpũs carnẽ ⁊ oſſa non habet ſicut me videtis habere. Sequereꝛ inſuper ꝫ iſtos deliros manicheos q xps non vere redemit nos contra id qd ſcribitur Apocalipſis primo ca. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis noſtris in ſanguine ſuo. Et. v. ca. Redemiſti noſ dñe deus in ſanguĩe tuo. Sequereꝛ ad hoc q apl'i fuerũt teſtes reſurrectõis xpi mendaces de quibus dr̃ Actum. iiij. ca. Uirtute magna reddebant apoſtoli teſtimoniũ reſurrectioniſ ihu xpi dñi nr̃i. Sũt ⁊ alia multa que opinionẽ manicheoꝝ irrõnabilẽ oſtendũt ⁊ ſtultam Cõtra quos nõ multũ elaborandũ puto cum facile ſit eos fatuos cognoſcere q deũ fallacez deluſorẽ ⁊ mendacem primo predicãt. deinde apl'os oẽs euangeliſtas ⁊ doctores mendacij teſtes accuſant. ❡ Scda opinio falſa de corpore ihu bñdicti fuit valentinianoꝝ. Hi confitenꝛ xpm habuiſſe verũ corpus tñ nõ terrenum. qr portauit illud de celo. ⁊ nihil de matre virgine accepit ⁊ per eam quaſi ꝑ aque ductum tranſiuit. occaſionem aũt huius erroris

acceperunt ex quibuſdā verbis ſacre ſcripture
male intellectis. videlicet. qꝛ Johis. iij. ca. ſcri
bitur. Nemo aſcendit in celū niſi qui deſcen/
dit de celo filius hois qui eſt in celo. Et iohis
vi. ca. xp̄s dixit. Deſcendi de celo. que verba
ipſi exponūt quaſi xp̄s corpus ſuuʒ de celo tu
lerit. Sed talis error veritatē carnis excludit
a xp̄o. qꝛ caro vera nō formatur ex materia ce
leſti ſed ex elementis. Et xp̄us veram carnem
aſſumpſit. Et beata virgo eius benigniſſima
mater tenet ſm veritatem nature ut dicemꝰ
in ſermōibus de laudibus ipſius virginis cle
mentiſſime. Et mattheuſ deſcribit genealogi
am xp̄i ſm eius temporalē natiuitatem. Ideo
catholice dicimꝰ xp̄m ſūpſiſſe corpus d̄ maſſa
nobis cōformi. Quare autē hoc fecerit dice
mus in ſequentibus. ¶ Tertia opinio falſa d̄
corpore xp̄i fuit Sarracenoꝝ qui dicunt xp̄m
aſſumpſiſſe naturā humanā ſine penalitatibꝰ
ita ꝙ nunq̄ꝫ paſſus eſt fameʒ neqꝫ ſitim neqꝫ
labores neqꝫ dolores. contra id qd̄ ſcribitur.
Iſaie. liij. ca. Dolores noſtros ipſe portauit.
Quibus declarādū eſt ꝙ decuit xp̄m noſtras
cōmunes penalitates accipere ſm dn̄m Bo/
nauent. di. xv. tertij. maxime ꝓpter tria. Pri
mo propter fulcimentū noſtre fragilitatis ut
ſic declaret ꝙ ſm veritatem aſſumpſit nr̄am
naturā. ⁊ hec eſt ratio magiſtri ſniarum in lit
tera. Scd̄o propter precium noſtre ſalutis. ut
ſic nos redimeret. Tertio propter exemplum
virrutis ⁊ precipue humilitatis ⁊ patiētie. ut
dr̄. xciij. di. in. ca. dn̄s. Notandū tn̄ ſm magi/
ſtrum. Qꝛ ex alia cā ſunt penalitates in nobiſ
⁊ in xp̄o. In nobis ſunt ex neceſſitate contra/
cte. In xp̄o ex voluntate aſſumpte. Qd̄ a Bo
nauentura ſic declarat. Nos penalitates a pa
rentibus trahimus propter legē ꝓpagatiōis
⁊ legem cōcupiſcentie que militat in iſtis mē
bris. Nam paſſibilis generat paſſibilē. Et ha
bens legem cōcupiſcentie in mēbris generat
filium ſubiectū concupiſcentie ex reatu cuius
cōcupiſcentie inſūt proli oēs penalitates. Et
propterea dicuntur iſte penalitates in nobis
cōtracte quaſi ex cōcurſu duoꝝ tracte videli/
cet ꝓpagationis nature ⁊ corruptionis cōcu
piſcentie. In xp̄o aūt ſecus eſt. Ipſe enim neu
tro mō fuit propagatus. nec ſm propagatio/
nem legis naturalis. nec ſm corruptionē libi/
dinis. Sed ſpūs ſanctus adueniens in ipſam
virginē fecundam carnem eius ab oī feditate
corruptionis purificauit. paſſibilitatē tn̄ reli/
quit. Ex illa aūt carne ip̄e filius dei edificauit
ſibi corpus immaculatum. ⁊ illud corpus vni
uit ſibi ⁊ anime rationali. que quidē imunita
tem habuit a culpa ⁊ in ſe ⁊ in carne cōiuncta
Et ſicut imunitatē habuit a reatu culpe. ſic ſꝫ
ordinem diuine iuſticie imunitatē habere de
buiſſet a debilitate miſerie. Qꝛ ergo in carne
illa remanſit penalitas. hoc fuit ex diſpenſa/
tione ipſius aſſumentis cōcurrente ſimul ac/
ceptatione ipſius aīe rationalis que in primo
inſtanti ſue creationis habuit vſum cognitō
nis ⁊ placuit ſibi tali corpori vniri ꝓpter ſalu
tem humani generis. Et ſic patet ꝙ tales effe
ctus in xp̄o fuerunt non neceſſitate generatio
nis ſed voluntate diſpenſationis voluntate
diuina preueniente. ſed voluntate creata con
comitante. Dicimus aūt ipſos fuiſſe auctori/
tate diuina non tanq̄ꝫ infligente de nouo. ſed
tanq̄ꝫ a relinquente in acceptatione aīe xp̄i cū
in eius arbitrio eſſet. ⁊ poteſtate illos defectꝰ
excluderet. hec Bonauen. Fugiamus ergo va
nitatem hereticoꝝ attendentes ad verba leo/
nis pape dicentis in quodā ſermone. Cū ad i
telligendū ſacramentū natiuitatis xp̄i qui de
matre virgine eſt ortus accedimus abijciatur
procul terrenaꝝ caligo rationū ⁊ ab illumina
te fidei oculo mūdane ſapientie fumus abſce
dat. diuina eſt enim auctoritas cui credimus.
diuina eſt eni doctrina quā ſequimur. Et ſic
de xp̄o illa firmiter teneamus que ſancti veri
tatis amatores nos docuerunt. ut ſic merea/
mur conſortio illoꝝ aſcribi in hoc ſeculo dei
gratiam cōſequētes ⁊ in futuro gloriam ſem
piternam. Amen.

¶ Sermo ſextus de incarnatione xp̄i contra
errores iudeorum qui in xp̄m credere nolunt.

In propria uenit et
ſui eū non receperunt. Scribunt
hec v̄ba Johis primo ca. Preco
nia incarnationis ihu xp̄i filij dei
multo tempore apud iudeoꝝ gentē fuerūt ꝓ
clamata. Cum aūt venit plenitudo tp̄is deuſ
homo factus ipſis iudeis ingratiſſimis viſibi
liter apparuit. Et ſicut Apoſtolus elegantiſſi
me dicit ad hebreos primo ca. Multipharie
multiſqꝫ modis olim deus loquens patribus
in prophetis. Nouiſſima in diebus iſtis locu
tus eſt nobis id ē iudeis in filio quē cōſtituit
heredē vniuerſoꝝ ꝑ quē fecit ⁊ ſecula. A prin
cipio vero ſui ortus vſqꝫ ad glo͛ioſā aſcēſionē

in celū miſſionēq̨ ſpūs ſancti ꝛ predicationē
apl'oꝝ nihil omiſit quo verius dei filius po
tuiſſet cognoſci. Verūtñ popul⁹ ille dure cer
uicis nō ſolū eū ſuſcipere voluit meſſiā in le/
ge ꝓmiſſū: quinimo crudeliſſime pſecutus eſt
vſq̨ quo affixus fuit patibulo crucis. Ceteris
aūt nationibus in illum credentibus que vo/
ce ꝛ ſignis apl'orum edocte omnē ſpurciciam
ydolorum reliquerunt. ipſi ſoli iudei xp̄m im
pugnāt atq̨ blaſſemāt. Et licet in multis q̄
volūt errant. Nihilominꝰ in hoc ſermone de
tribus erroribus coꝝ erimꝰ verba facturi qm̄
vt dicit ioānes in verbis premiſſis. In ꝓpria
venit. q̄ in iudea naſci viuere cōuerſari ꝛ mo
ri elegit ꝛ ſui quos peculiares cultores conſti
tuerat vnius dei veri ꝛ quibus leges dederat
tantiſq̨ dotauerat bñficijs eū nō receperūt.
Qm̄ vſq̨ in preſentem diem circa xp̄m incar
natum errant maxime q̄tum ad tria.

Primo q̄tum ad diuinitatem.
Secundo q̄tum ad temporalitatem.
Tertio q̄tum ad paſſibilitatem.

¶ Q: ex teſtamentis duodecim patriarcharū
confunduntur iudei qui negant xp̄i diuinita
tem. Capitulum. i.

Primo errant iudei circa xp̄m incarna/
tum q̄tum ad diuinitatē dicūt eni q̄ nō
fuit deus. Cōtra quos ꝛ ſi ſufficiāt ea que di/
ximus in ſermone de diuinitate xp̄i tñ ad eo/
rum ꝯfuſionē inducā aliqua dicta duodecim
patriarcharū qui de xp̄o venturo loquentes
apertiſſime diuinitatē eius expreſſerunt. De
his ita ſcribit Vincentius li. ij. ſpeculi hiſto/
rialis. Extant teſtamenta duodecim patriar
charū in quibus ſunt pulcherrime de xp̄o ꝓ/
phetie quas nuꝑ tranſtulit magiſter Rober/
tus groſſum caput linconienſis Epus. de gre
co in latinū. hec ille. Ego vero ex ipſis teſtamē
tis quedā extraxi que ad rem faciunt non oia
de verbo ad verbū notaui. ¶ Primū ergo di
ctū eſt patriarche iude qui ait. Viſitabit nos
dñs in miſericordia ꝛ exurget homo de ſemi
ne meo. hoc eſt germen dei altiſſimi. vt ſol iu/
ſticie ambulabit cum filijs hoim in māſuetu
dine ꝛ iuſticia ꝛ omne pctm̄ nō inuenieť in eo
Et aperienť ſuꝑ ipſū celi ad effundendū ſpūs
ſancti benedictionē. ¶ Scd̄m dictū eſt patri
arche Ruben. inquit ſic. Quis noſcet legem
dñi ꝛ ſacrificia pro oi iſrael vſq̨ ad conſūma
tionem tp̄um principis ſacerdotū xp̄i quem
dñs qm̄ in eo elegit dñs regnare ſuper omnes

populos ꝛ adorari ſemē ipſius qm̄ pro nobis
morieť in bellis viſibilibus ꝛ inuiſibilibus. ꝛ
erit in nobis rex ſeculoꝝ. ¶ Tertium dictum
eſt patriarche Gad. Auferte odiū ab aiabus
veſtris ꝛ diligite inuicem in rectitudine cor/
dis. dicite aūt ꝛ vos filijs veſtris vt honorēt
iudam ꝛ leui qm̄ ex eis oriri faciet dñs ſalua/
torem iſrael. ¶ Quartū dictum eſt Aſer. Al/
tiſſimus viſitabit terrā. ꝛ ipſe veniens vt ho
mo cum hoibus manducans ꝛ bibens hic ſal
uabit iſrael ꝛ oēs gentes vir abſconditus. di/
cite ergo filijs veſtris vt nō diſcedant ab eo.
¶ Quintū dictuz Leui patriarche. Ecce filij
mei oſtendi vobis tempora extrema qm̄ oia
fient i iſraele. Et vos mādate filijs veſtris vt
vniantur leui ꝛ iude. per iudam enim orietur
ſalus iſrael ꝛ in ipſo benedicetur iacob. ꝑ ſce/
ptrum enim eius apparebit deus habitās i/
ter hoies vt ſaluetur genus iſrael cui ꝯgrega
bit iuſtos ex gentibus. ¶ Sextū eſt dictuz pa
triarche Dan. Dñs erit in medio iſrael ꝛ ſan
ctus regnans ſuper eos in humilitate ꝛ pauꝑ
tate ꝛ qui credent in eum regnabunt in celis
in veritate. ¶ Septimū dictū eſt patriarche
Simeon. Dñs deus magnꝰ iſrael apparebit
in terra vt homo ꝛ ſaluabitur in ipſo adam.
Tunc dabunť oēs ſpiritus erroris in cōculca
tionez. ꝛ hoies regnabunt ſuper pernitioſos
ſpiritus. Tunc reſurgam in leticia ꝛ benedicā
altiſſimū in mirabilibus ſuis qm̄ deus corpꝰ
aſſumens ꝛ comedens cum hominibus ſalua
bit hoies. ¶ Octauuz eſt dictum patriarche
Leui. Cognoui o fili ex ſcriptura Enoch qm̄
in fine impie regetis in dñm manus imponē
tes in oi malicia. Et confundentur in vobis
fratres veſtri ꝛ in oibus gentibus eritis illu/
ſio. ¶ Nonū eſt dictum patriarche Iſachar.
Omnem agreſtem feram ſeruituri ſubijcie/
tis habentes vobiſcum deum celi. Ambulate
cum hominibus in ſimplicitate cordis. ¶ De
cimum eſt teſtimonium zabulon. Videbitis
deum in forma hominis qm̄ iam elegit dñs
nomen ei. Et rurſum in malicia ſermonū ve/
ſtrorum ad iracundiam prouocabitis eum ꝛ
abiecti eritis vſq̨ ad tempus conſūmationis
¶ Vndecimū dictum eſt patriarche Ioſeph
Vidi qm̄ ex iuda nata eſt virgo habens ſtolā
biſſinam. Et ex ipſis ꝓdijt agnus imaculatꝰ
gr̄a dei ſaluās oēs gentes. regnū āt eius eter
num qd̄ nō peribit. ¶ Duodecimū eſt dictuz
Beniamin. Adorabitis regē celoꝝ q in terra

apparebit i forma hoīs. Et quotq̄t credidere
cū in terra cōgaudebūt ei. Ultra hec patriar
chaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ac ſibillaꝝ teſtimonia diui/
nitas xp̄i ſufficientiſſime demōſtrata fuit qn̄
ſibi obediebant venti ⁊ mare. qn̄ curabantur
infirmi ⁊ ad vocē ipſius mortui ſuſcitabanť
propter que oīa ipſe dicebat iudeis ioānis.x.
ca. O pa que ego facio in noīe patris mei hec
teſtimoniū ꝑhibent de me. Hinc Gregoriuſ
in omelia de epiphania inquit. O ia elementa
auctorem ſnū veniſſe teſtata ſunt. vt enim de
his quaſi quodā vſu hūano loquer. deū hunc
celi eſſe cognouerūt q: protinus ſtellam miſe/
runt. Mare cognouit q: ſub eius plantis ſe
calcabile prebuit. Terra cognouit q: eo moriē
te cōtremuit. Sol cognouit q: luc; ſue radios
abſcondit. Saxa ⁊ parietes agnouerūt q: tp̄e
mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus agnouit q:
hos q̄s tenebat mortuos reddidit. Et tn̄ hūc
quē oīa elementa inſenſibilia ſenſerūt adhuc
infidelium iudeoꝝ corda deū eſſe minime co/
gnouerūt. Et duriora ſaxiſ ad penitentiā ſcin
di nolunt eūq; confiteri abnegant quē elemē
ta vt diximus ſignis aut ſciſſionibus deū cla
mant. hec ille.

¶ Q: xp̄s iā venit quē iudei veniſſe negant ⁊
tp̄s aduentus eius preterijt. Capitulum.ij.

Ecūdo errāt iudei circa xp̄m incarnatū
q̄tū ad tp̄alitatē. nolunt quidē accepta
re xp̄m veniſſe. ſed illum dicūt venturꝝ. Qui/
bus veritatē aduentus xp̄i iam preteriti ⁊ cō/
pleti oñdere poſſimus maxime propter tria.
Primo propter iudaici regni defectionem.
Scd̄o propter imperij romani ſubiectionem
Tertio propter generalem confeſſionem.

¶ Primo probamus xp̄m veniſſe ꝑꝑ iudaici
regni defectionē. Nā vt dicit Aug⁹ li.xviij. d̄
ciui. dei. ca.xlv. Regnante herode alienigena
natus eſt xp̄s. iā eni venerat plenitudo tp̄is ſi
gnicata ꝓphetico ſpū ꝑ os patriarche iacob.
vbi ait. Nō auferet ſceptrū de iuda ⁊ dux de
femore eius donec veniat qui mittendus eſt
⁊ ipſe erit expectatio gentiū;. Sed iudei dicūt
ꝙ hec auctoritas que poniť. Geneſis.xlix.ca.
loquiť de Nabuchodonoſor rege babylonis
qui miſſus eſt ex ordinatiōe diuina ꝯ̈ hieruſa
lē ꝑꝑ pctā populi vt habeť.iiij. regū.xxiiij.ca.
Et extūc defecit regnū iudeoꝝ q: cepit Sede
chiā regē ⁊ eū excecauit. ⁊ filios eius occidit
vt habeť ibidem.xxv.ca. nec poſtea aliquis de
eius ſtirpe regnauit. Sed hoc patet eſſe falſū

q: poſt captiuitatē babylonicā habuerūt du/
ces ⁊ principes ſicut pȝ de zorobabel heſdra
Neemia habuerunt ēt reges. Nam vt ponit
Aug⁹ li.xviij. de ci. dei. Ariſtobolus aſſūpto
diademate rex ⁊ pontifex fact⁹ eſt. Ariſtobo/
lo ſucceſſit Alexander ēt ipe rex ⁊ pontifex. p⁹
hūc vxor eius Alexandra regina iudeoꝝ fuit
Cuius tp̄e mala ſūt eos ſecuta grauiora. Naȝ
filij hui⁹ alexandre Ariſtobolus ⁊ hircanus
inter ſe de imperio dimicantes vires aduer/
ſus iſraeliticā gentē prouocauerūt romanas.
Hircanus nanq; ꝯ̈ fratrē popoſcit auxilium
venitq; Pompeius preclariſſimus princeps
q iudeā cū exercitu ingreſſus ciuitatē hierl'm
cepit templū reſerauit non deuotione ſuppli
cis ſed iure victoris. q: vt ipſemet teſtať non
colebat deū iudeoꝝ. Vñ dixit vt ſcribit Luca
nus. Cappadoces mea ſigna timent. Et dedi/
ta ſacris Incerti iudea dei molleſq; ſophene
⁊c̄. Et ad ſancta ſctōꝝ quo nō niſi ſūmū pon/
tificē intrare licebat nō vt venerator ſed vt ꝓ
phanator acceſſit cōfirmatoq; hircani ponti
ficatu ⁊ ſubiugate gēti impoſito cuſtode. An
tipatre vinctū ſecū Ariſtoboluȝ duxit. Et ex/
tunc iudei tributarij romanoꝝ eſſe ceperunt
ſm̄ Eutropiū li.vi. Deinde poſt paucos ānoſ
herodē alienigenā habuerūt. De iſto herode
ſic habeť in hiſtoria ſcholaſtica ſuꝑ Macha/
beoꝝ libris Eutropio ꝯcordante. Gayus caſ
ſius vnus ex principalioribus in cōiuratione
mortis ceſaris occiſo eo fugit in ſiria vbi pre
ſes fuerat colligens exercitū cōtra Auguſtuȝ
adoleſcentē ⁊ Marcū antoniū nepotes Iulij
ceſaris. Mox herodes de galilea veniēs auri
⁊ bellatoꝝ ſibi duxit auxilia. Quapropter fa/
uorē caſſij meruit intantū ꝙ ei promiſerit ob
tenta victoria iudeoꝝ regnuȝ. Herodes igiť
cum caſſio ad bella profectus eſt. Sed duȝ in
campis philippicis occubuit. Caſſius octaui/
anus Auguſtus Romā ⁊ Marcus antoni⁹
perrexit ad ſiriā. Tunc herodes muneribꝰ pla
cauit antoniū. qui herodeȝ ⁊ frēs iudee tetrar
chas fecit. Operāte poſt hoc antonio cū Au/
guſto ⁊ Senatu idem herodes fuit coronat⁹
rex iudee. Deinde cōmiſſo prelio inter Mar
cū antoniū ⁊ Octauianū auguſtū herodes n̄
interfuit miſſus ab antonio cōtra regē arabū
ad bn̄placitū Cleopatre. moliebať eni morteȝ
oīm regū orientaliū vt pro oībus ipſa regna/
ret. Victo itaq; antonio cū octauian⁹ veniſſȝ
Rhodū. herodes ſibi occurrit depoſito regio

habitu dicens. Fateor me vtilē fuiſſe antonio
⁊ fidelē qḋ expertus fuiſſem ſi cū eo fuiſſez in
bello. Verū nec oīno defui frumēta ⁊ auxilia
mittens. Nec mō deeſſem ſi mihi acquieſcēs
occidiſſet Cleopatrā odij veſtri fomitē. vna ĝ
cū victo victus ſū coronāqz cū fortuna depo
ſui. Ad te āt venio ſpes ſalutis de tua virtute
preſumens. Ad hec ceſar Saluus eſto ⁊ nunc
certius regna meritus es vt regas plurimos
cū amicitiā tanta fide tuearis. Cū aūt prope
rauit Auguſtus in egyptū nō ſolū in prelijs
virtus herodis emicuit verūetiā in deſerto
ita parauit neceſſaria vt nec aqua deeſſet nec
quicq̄z vtenſiliū adeo vt miraref ceſar. Dicit
de ipo Joſaphus. xvij. antiquitatū libro. ꝙ ex
idumeaꝝ gente paternū genus ex arabū vo
materni ſanguinis originē duxit. Qui cōfir
mato ſibi regno in ſuperbiaz erupit ⁊ iudeis
mala plurima intulit. Nā ⁊ pontifices nō iā
ſm generis ordinē conſtituebat. ſed ignobili
bus quibuſcunqz ſacerdotia ꝑmittebat. Sa
crā ēt veſtem pontificis ſūmi obcluſam ſigna
culo retinuit non permiſſa vlterius poteſta
te vſus eius deſtruxitqz libros quos habere
potuit. In quibus iudeoꝝ nobilitas erat de
ſcripta ne ipſe ignobilis putaref. Diximꝰ hec
oīa vt perfidi iudei enarrata hiſtorie veritate
cognoſcant xp̄m natū tp̄e annotato in ꝓphe
tia iacob patriarche. Et q̄uis ipſi multis cal
liditatibus ⁊ falſis expoſitiōibus conenf illiꝰ
ꝓphetie verba puertere atqz corrūpere dicen
tes. ꝙ nō ſint dicta de xp̄o. Cū cōtra ipſos eſt
tranſlatio caldaica qz vbi hieroꝰ trāſtulit do
nec veniat qui mittendus eſt. Caldaicū habet
donec veniat meſſias. Et Rabi ieſu expomēs
verba iacob dicit. Non veniet filius dauid. i.
meſſias donec extenderit ſe regnū neq̄z ſuper
iſrł. glo. Rabi Salomonis dicit. i. Romanū.
Expgiciſcimini o iudei ⁊ nolite obdurare cor
da vr̄a. Confitemini veniſſe xp̄m ⁊ memores
eſtote ꝙ ab eius aduētu vſqz ad preſentē diē
eo ꝙ impleta ſūt oīa pdidiſtis oēm preteritā
dignitatē. Dicite queſo mihi. vbi ſunt illa ſtu
penda miracula q̄ opabaf virtuf diuina anq̄z
veniret meſſias a vobis deſideratus. Vbi vo
ces prophetaꝝ. vbi victorie. i. inimicoꝝ vr̄oꝝ
Vbi dignitaf regia honorabilis ⁊ decora. diſp
ſi eſtis p orbē terraꝝ cūctis gentibus abhoīa
biles facti. Quo pctō qua culpa irritaſtiſ deū
vt a mille quadringētis ſeptuagintaſex ānis
deſeruerit vos quos fecerat antea populum
ſibi peculiarez niſi quia vnigenitū filiū ſuum
ꝓ nobis incarnatū cōtempſiſtis. Venit vti
qz venit qui iam non amplius q̄z ad iudican
dum venturus veraciſſime predicatur.

¶ Secundo probamus xp̄m veniſſe propter
imperij Romani ſubiectionē. Nullus vtiqz
ſane mentis ambigit imperiū romanū fuiſſe
longe lateqz diffuſum orbemqz terraruz ſub
egiſſe. Nihilominꝰ ſubiecit ſibi illud dn̄s ieſꝰ
xp̄s cuius regni n̄ erit finis. Imperator quip
pe romanoꝝ ſubditꝰ eſt vicario xp̄i a quo in
ſtitui ⁊ deſtitui poteſt ⁊ ab ipſo benedicitur ⁊
coronatur. vt patet de maioritate ⁊ obe. in ca.
ſolite. ⁊ in clemētina romani pontifices de iu
reiurā. Eſt āt imperator ille ſuper oēs reges.
vij. q. i. ca. in apibus. ⁊ oēs nationes ſub eo. xi.
q. i. §. hec ſi quis. Ipſe eſt ꝑnceps mūdi ⁊ dn̄s
ff. ad legē rodiā. l. deprecatus. Et ēt iudei ſūt
ſub eo. C. de iudeis. l. iudei. ⁊ oēs ꝓuincie ſub
ijciunf illi. lxiij. di. ca. Adrianus. Et oīa ſūt in
ptāte imperatoris. di. viij. c. quo iure. Et. xxiij
q. viij. ca. Conuenior. Et ſi obijceret aliquis ꝯ
dicta. Primo qz imperator ex electione habz
ius in imperio ⁊ pōt adminiſtrare ante cōfir
mationē pape vt ꝓbaf. xciij. di. ca. legimus. ⁊
hoc dicit Innocē. ⁊ Hoſtien. extra de elec. in
ca. venerabilez. Scḋo qz xp̄s ſoluit tributum
ſicut habetur Matth. xvij. ca. Et. xxiij. q. viij.
ca. tributū. Et. xi. q. i. ca. ſi tributum. Et iteruz
qz xp̄s dixit ioānis. xix. Regnū meū non ē de
hoc mūdo. ergo imperator nō ſubijcif pape q
vicem xp̄i gerit in terris. Rn̄dere poſſumus
ad primū ꝙ ius qḋ habet imperator eſt qz eli
gitur ab illis quos papa ⁊ eccleſia inſtituit ele
ctores. Nam illi qui eligunt impatorē a papa
hn̄t hoc ius eligendi vt in predicto ca. venera
bilē. ⁊ in prefata clemētina Romani pontifi
ces. Ad illud aūt qz ſolutione tributi dicimuſ
ſm gloſā in preallegato ca. ſi tributum ꝙ xp̄s
fecit illud non ex debito ſed ne ſcandalizaret
Qz aūt xp̄s dixerit non eſſe de hoc mundo re
gnū ſuū verum dixit qz ante paſſionē cuz illa
verba protulit non venerat miniſtrari ſed mi
niſtrare ⁊ hūilis in forma ſerui cū hoībus cō
uerſari. poſt paſſionē āt ⁊ reſurrectionē dixit
diſcipulis matth. vltimo ca. Data ē mihi oīs
ptās in celo ⁊ in terra. Quare cū papa gerat
in terris vicē xp̄i ſuperior eſt impatore oībuſ
qz principibus terre. in qua re pſcrutandū eſt
quāta fuerit virtus ⁊ potentia xp̄i q n̄ armis
⁊ legionibus militum nō promiſſis bonorum

tpalium vrbem maximā imperiūq̧ romanū
ad ſuū cultū attraxit.neq̧ alia cauſa tante no
uitatis dari poteſt niſi pacientia ⁊ miracula
martyrum poſt predicationē apoſtoloꝝ petri
⁊ pauli atq̧ expoſt cōuerſio miraculoſa con/
ſtantini.Nam imperiū vſq̧ ad eiuſ tempora
ſemper in vrbe fuit.quia lepra liberatuſ ex de/
uotione ſuſcepti baptiſmatis data libertate
eccleſias edificandi tēpla deoꝝ claudi iuſſit.
De quo ſic ſcribit̄.xij.q.i.in ca.futurā. vir reli
gioſiſſimus Cōſtantinus primus.ſ.inter prin
cipes fidem veritatis patenter adeptus licen
tiam dedit per vniuerſū orbem ſub ſuo degen
tibus imperio nō ſolū fieri xp̄ianos ſed etiaꝫ
fabricandi eccleſias ⁊ predia cōſtituit tribuen
da.Deniq̧ idem prefatus princeps donaria
īmenſa cōtulit ⁊ fabricā templi prime ſedis.i.
lateranenſis ſm gloſam beati petri inſtituit
adeo vt ſedē imperialē relinqueret ⁊ beato pe
tro ſuiſq̧ ſucceſſoribus profuturam cōderet.
hec ibi.Hic cōſtantinus Bizantiū ſe cōtulit
q̄ ciuitas cōdita fuit in trachia tp̄e tulij hoſti/
lij tertij regis romanoꝝ.quā ampliauit ⁊ ſuo
noīe appellauit cōſtantinopolim.Ex quo di/
cta eſt noua roma. vt pꝫ.xxi.di.decretoruꝫ.ca.
ſacroſcā.ca. cōſtātinopolitane.ca. renouātes
ca.diffinimus. Pleriq̧ iudeis in hac parte
deteriores negāt cōſtantinū tā alte tāq̧ gl'io
ſiſſime eccleſiā ⁊ pre' ſedē ſublimaſſe. Quos
improbamus ex Lactantij ſnīa in.i.li diuina
rum inſti.ſic ad conſtantinū loquentis. Hoc
opus nūc noīs tui auſpicio inchoamus con/
ſtantine impator maxie qui primus Roma/
noꝝ principū repudiatis erroribus maieſta/
tem dei ſingularis ac veri ⁊ cognouiſti ⁊ ho/
noraſti. Sed poſt iſtū cōſtantinū fuerunt tot
impatores vſq̧ ad tp̄a nr̄a qui multis fauori
bus multa reuerentia multaq̧ deuotōe xp̄m
⁊ ſuā eccleſiā ſunt proſecuti. Inter quos fuit
ille Juſtinianus qui tanta edidit in honorem
dn̄i ieſu xp̄i ⁊ xp̄iane religionis augmentum.
Sicut pꝫ in libro Codicis in cuius principio
tractat de fide xp̄i tenēda. dicit nāq̧.C. de ſū
ma trini.⁊ fide ca.in.l.i.Cunctos populos q̊s
clemētie nr̄e regit imperiū in tali volumus re
ligione verſari quā diuinū petꝝ apoſtolū tra
didiſſe Romanis religio vſq̧ adhuc ab ipſo
inſinuata declarat.Et ne ſingl'a cōplectamur
arguimꝰ ꝯ iudeos.Qꝛ ille cui ſubijciendū erat
imperiū romanoꝝ eſt xp̄s.Sed ieſu filio vir/
ginis marie ſubeſt Imperiū romanoꝝ. ergo
ipſe fuit xp̄s. Qꝛ Imperiū romanoꝝ ſub xp̄o
deberet eſſe probat̄ per id qd̊ ſcribit̄ Danieliſ
ij.ca. vbi habetur.Qꝛ Nabuchodonoſor vidit
ſtatuā magnā cuius caput ex auro optio erat
pectus ⁊ brachia de argento. porro venter ⁊
femora ex ere.tibie āt ferree.Et ſequitur. Ab
ſciſus eſt de monte lapis ſine manibus ⁊ per/
cuſſit ſtatuā in pedibus eius ferreis ⁊ fictili/
bus ⁊ cōminuit eos. Per hanc ſtatuam deſi/
gnantur quattuor regna magna ſibi in orbe
ſuccedentia ſm ꝙ Daniel diuinitus inſpira/
tus ibi exponit. Primū eſt regnū chaldeoruꝫ
quod ſignificatur per caput aureum.Secun/
dum eſt regnū perſaꝝ quod ſignificatur ꝑ ar
gentum.Tertium eſt regnum Grecorum ſeu
alexandri quod ſignificatur per es.Quartuꝫ
eſt regnum Romanoꝝ quod ſignificatur per
ferrum.quod ſubiecit ſibi oīa regna mundi ſi
cut ferrum domat oīa metalla. Per lapidem
autem abſciſum de monte ſine manibus de/
ſignatur ipſe xp̄s ſiue regnū eius cui vt predi
citur ſubijciendū erat regnum romanorum.
¶ Tertio probamus xp̄m veniſſe propter ge
neralem confeſſionē. omnes quidē nationes
mundi xp̄m veniſſe affirmant. Judei ſoli ob/
ſtinato corde hoc acceptare nolunt qui facile
cōfundi poſſunt preter ea que dicta ſūt ex au
ctoritate Aggei ꝓphete ca.ij. vbi ait. Nolite
timere quia hec dicit dn̄s exercituum.Adhuc
vnū modicū eſt ⁊ ego mouebo celū ⁊ terraꝫ ⁊
mare ⁊ aridā ⁊ mouebo oēs gentes ⁊ veniet
deſideratus cunctis gentibus ⁊ implebo do/
mū iſtā gl'ia.Et infra.Magna erit gloria do
mus iſtiꝰ nouiſſime pluſq̄ȝ prime.Scd̄m oēs
expoſitores hebreoruꝫ iſte deſideratus eſt rex
meſſias ſiue xp̄s.Loquit̄ ergo ꝓpheta de gl'ia
domus dn̄i edificate a iudeis poſt reditum ca
ptiuitatis babylonice.ergo ſtāte illa domo ve
nit xp̄s qꝛ propheta dicit eā replendaꝫ gloria
deſiderati cunctis gentibus ad eam.Domus
āt illa deſtructa eſt per Titū ⁊ Veſpaſianum
quadrageſimoſecūdo anno poſt paſſionē xp̄i
Inſup ⁊ in pallegata auctoritate dr̄.Magna
erit gloria domus iſtius nouiſſime magis q̄ȝ
prime.Conſtat ꝙ loquebat̄ ꝓpheta de domo
edificata pꝰ captiuitatē babylonicā vt dictū
eſt.Ad cuius edificationem inducebat popu/
lum ⁊ predixit gloriam eius futuram maiorē
q̄ȝ fuerit glorie domus edificate per Salomo
nem. Hoc autem nō poteſt intelligi propter
maiores diuitias ſeu honores vel cultū diui/

num vel ſtructuras ⁊ ornaměta q̄ ſtat⁹ ppl'i illo tpe erat quaſi nullus reſpectu illius ſtat⁹ qui fuit ſub ſalomōe. Propter hoc dr̄ in ſcđo heſdre. Q̄ ſacerdotes qui viderant primā do mū lachrymabanť alijs exultantibus in dedi/ catione domus ſcđe q̄ quaſi nullius momēti erat reſpectu alterius. Quare non pōt intelli gi maior gloria eius niſi p aduentū ipſius de/ ſiderati cunctis gentibus qui eā glorificauit preſentia ſua qñ in ea fuit a matre oblat⁹ ſm q̄ predixerat Malachias pphéta. iij. ca. Sta tim veniet ad templū ſctm̄ ſuū dñator quem vos queritis ⁊ angelus teſtamenti quem vos vultis. Ipſam ēt domū honorauit qñ ibi fre quenter docuit ⁊ predicauit. Dicūt āt aliqui iudei ad hoc. q̄ maior fuit gloria domus ſcđe q̄̄ prime in annis q̄ plus durauit. Sed hoc ñ valet. q̄ licet verū ſit q̄ pl⁹ durauerit ẜ tñ nō fuit ad eius gloriā ſed potius ignominiam q̄ pluribus tpibus fuit cōculcata ⁊ dehonorata Naz Anthiochus Epifanes poſuit ibi abho minandū ydolū ⁊ fecit ibi proſtibula mulierū ſicut patet in primo ⁊ in ſcđo libro machabeo rum. Idez dicit Ioſaphus li. xiij. antiquitatū Similiter dom⁹ ipſa fuit prophanata quādo Pompeius cepit hieruſalē vt diximus ſupi⁹ ⁊ qñ vltimo p Titum fuit deſtructa. Ad hoc dicunt aliqui q̄ prima domus durauit pluſq̄̄ ſcđa q̄ plures anni fluxerunt a quarto anno ſalomonis in quo fundata eſt vſq̄ ad vndeci mū annū Sedechie in quo deſtructa eſt q̄ flu xerunt anni quadringenti vigintiſeptē ſm q̄ poteſt cōputari per tpa regū intermedioꝝ in/ ſpiciendo tertiū ⁊ quartū regum. perfecta āt fuit vndecimo āno regis Salomonis ⁊ ſtetit perfecta quadringentis vigintitribus annis. Scđa vo domus durauit ſm cōputationez iudeoꝝ quadringentis viginti anniſ. Quare gloria domus iſtius ſcđe non aliter intelligi poteſt niſi vt eſt predictū q̄ xp̄i preſentia fuit illuſtrata ⁊ decorata. Eſt inſup contra iudeoſ perfidoſ pphetia Danielis ca. ix. Ipſe quippe angelus gabriel ex volūtate dei reuelauit tp̄s aduētus xp̄i dicēs. Septuaginte hebdomade abreuiate ſunt ſuper populū tuū ⁊ ſup vrbez ſanctā tuā aut conſūmeť preuaricatio ⁊ finez accipiet peccatū ⁊ deleať iniquitas ⁊ adducať iuſticia ſempiterna ⁊ impleať viſio ⁊ pphetia ⁊ vngatur ſanctus ſanctoꝝ. ¶ Ad quoꝝ ver/ borum plenioiē habendā noticiā notandum ſm Nicholaum de lira. Q̄ in ſacra ſcriptura

vno modo accipiť hebdomada p tpe ſeptem annoꝝ. Et ſic ſumiť Leuitici. xxiij. ca. vbi dr̄. Q̄ ſeptem hebdomade ſūt accipiende a feſto paſce que fuerunt quadragintanouem dies ⁊ in quinquageſimo die celebrandū eſt feſtum pēthecoſtes. ¶ Alio mō accipiť hebdomada p tpe ſeptē annoꝝ. Et ſic loquiť ſcriptura de hebdomada Leuitici. xxv. ca. vbi dr̄. Nume/ rabitis ſeptē hebdomadas annoꝝ que faciūt q̄radgintanouē ānos ⁊ q̄nquageſimus ann⁹ imediate ſequens dr̄ iubileus. nec inuenitur hebdomada accipi plurib⁹ modis. Non pōt autem in dicta prophetia danielis accipi heb domada primo mō q̄ fuiſſet cōpleta infra an num ⁊ dimidium. ergo per locum a diuiſiōe oportet q̄ accipiatur p hebdomada annorūz Et in hoc oēs expoſitores conueniunt catho/ lici et hebrei. Septuaginta vo hebdomade annoꝝ faciunt annos quadringentos nona/ ginta quod tempus preteriſſe nullus dubitat O ranti ergo danieli angelus gabriel denun/ ciauit liberationez populi a captiuitate baby lonica ⁊ perfectā liberationē fiendam p xp̄m His oībus que iam retulim⁹ territi iudei ad impugnandū nos ad alia confugiunt. ⁊ dicūt q̄ xp̄s non venit. Et hoc multipliciter proba re conantur. Et primo adducūt Iſaiā. ij. ca. dicentem. Erit in nouiſſimis diebus prepara tus mons dñi in vertice montiū ⁊ eleuabitur ſuper colles. ⁊ fluent ad eum omnes gentes. Et infra Conflabunt gladios ſuos in vome/ res ⁊ lanceas ſuas in falces. Nō leuabit gens contra gentem gladium. nec exibunt vltra ad prelium. Ex iſtis verbis formant quadruplex argumentum. ¶ Primum quia dicitur hic. Erit in nouiſſimis diebus. Ieſus nazarenus non fuit in nouiſſimis diebus q̄ poſt natiui/ tatem eius ⁊ mortē multa tempora fluxerunt ergo non fuit vere xp̄us cuius aduentus pro/ mittitur in nouiſſimis diebus. ¶ Secundūz argumentū q̄ dicitur q̄ mons dñi erit in ver tice montium. Mons ille eſt mons ſyon vbi fuit templū qui non eſt in aliquo eleuatus. nā vt dicūt aliqui doctores hebrei. dñs debet ap/ portare montem Tabor ⁊ montem ſynai ⁊ mōtem carmeli ad locum vbi eſt hierl'm ⁊ ſu per verticem iſtorum montium ponere mon/ tem ſyon. hoc autem nondum eſt adimpletuz ergo xp̄s non venit. ¶ Tertium argumentuz quia in prefatis verbis dicitur fluent ad eum omnes gentes. Sed non omnes gentes credi

derunt in iesum nazarenū.ergo non fuit xp̄s.
¶ Quartum argumentum. quia ſequitur in
verbis p̄miſſis. Non leuabit gens contra
gentē ⁊c̄. Sed poſt mortē ieſu nazareni fue/
runt ⁊ in iudea bella atrociſſima tempore titi
⁊ veſpaſiani.ergo nō fuit vere xp̄s.¶ Ad pri
mū argumentū reſpondetur ꝙ dies meſſie in
ſacra ſcriptura dicunt̄ dies nouiſſimi tunc nō
ſolum dies meſſie ſed etiam aliqua tempora
ipſum p̄cedentia vt patet Geneſis.xlix.ca.
Vbi patriarcha iacob dixit filijs ſuis. Con/
gregamini vt annunciē que ventura ſunt no
bis in diebus nouiſſimis. Et ibi cōſequenter
annunciat nō ſolū aduentū xp̄i. ſed etiaʒ mul
ta que adimpleta ſūt tp̄e regū iſrael ⁊ iudicū.
¶ Ad ſcd̄m dicendū. Q: eleuatō montis ſyon
nō eſt intelligenda ſm̄ eleuationē localem ſed
ſm̄ nobilitatē ⁊ extimationē prout etiam ex/
ponit Rabi ſalomon. Eleuatio ergo illa fuit
multitudo ſignorū ⁊ claritas miraculoꝝ que
xp̄s operatus eſt in monte ſyon. Ibi nanqꝫ il
luminauit cecum natū.ibi ſanauit languiduʒ
in probatica piſcina. Ibidem ſpūm ſctm̄ apo
ſtolis dedit.¶ Ad tertiū Xo dicimus ꝙ ibi ē
diſtributio pro generibus ſinguloꝝ non pro
ſingulis generum. Sicut dr̄ omne aial fuit in
archa noe q: de ſingulis ſpeciebus aialiū fue/
runt ibi aliqua indiuidua. Similiter de oibꝰ
generibus aliqui crediderunt xp̄o vt patet ꝑ
diffuſionē fidei in toto orbe. Aliter poteſt di/
ci ꝙ oēs in ſacra ſcriptura intelligunt̄ multi.
Vnde.ij.regū.vij.ca. Dixit abſolon ⁊ omnes
viri iſrael.melius eſt ꝯſiliū chuſi ⁊c̄. Certū eſt
eni ꝙ ñ erāt oēs filili iſrael ibi preſentes ſed
multi.ſic eſt in propoſito.¶ Ad quartū rn̄det̄
ꝙ circa tp̄a xp̄i fuit pax diuturna ſicut oſtēdit̄
in ſequenti ſermone. Et vbi dr̄. Non leuabit
gens ꝯ gentē gladiū ⁊c̄. Aduertendū ꝙ vltra
nō importat pacis eternitatē ſed diuturnita/
tē. Vn̄.iiij.regū.vi.ca. Vltra nō venerunt la/
trones ſirie in terrā iſrael. qđ dr̄ ꝑꝑ diuturni
tatē nō ꝑꝑ eternitatē. q: poſtea frequenter le
gunt̄ inuaſiſſe terrā iſrael ⁊ depredaſſe.iiij.re
gū.xiij.¶ Scd̄o iudei ꝯ noſ iducūt ad h̄ Xba
Iſaie ca.xi.dicentiſ. Egredieṫ virga de radice
ieſſe ⁊c̄.vbi loquit̄ de aduentu meſſie ſm̄ oēs
Et ſequit̄ ibidē.habitabit lupꝰ cū agno ⁊ par
dus cū edo cubabit. Et ſequit̄. Et delectabit̄
infans ab vbere ſuper foramen aſpidis. Et
in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manū
ſuā mittet. Dicūt iudei ꝙ in aduentu xp̄i aia/
lia ſilueſtria ſic deberēt domeſticari ꝙ pacifi
ce habitabunt cū aialibus naturaliter māſue
tis. Et ꝙ aialia venenoſa nō nocebunt hoibꝰ
vel puer꜒ imo infātes ſecure ludēt cū eiſ. Et h̄
nō eſt impletū ergo xp̄s nō venit. Rn̄det̄ ꝙ
iſta eſt locutō metaphorica.⁊ noiantur ibi ho
mines nominibus aialium. Sicut geneſis.xlix.
Bengiamin lupus rapax. Et dan ſicut colu/
ber in via. Sic ad propoſitū eſt dicendū q: iu
dei ⁊ gentiles q erāt prius adinuicē nociui ⁊
odioſi pacifice ſimul habitauerūt ꝯuerſi ad fi
dem xp̄i. Vn̄ ſcribit̄ actuū.iiij.ca. Multitudi
nis credentiū erat cor vnū ⁊ aia vna. Et eodē
mō dicendū eſt de pueris ⁊ aialibus veneno/
ſis q: ſimplices et puri non ledunt̄ ab eis qui
ante cōuerſionē ad fidē xp̄i erant veneno infi
delitatis ⁊ ꝑfidie repleti. Q: aūt talis modus
loquendi ſit in predicto ca. pʒ ꝑ id qđ ibi pre/
mittit̄ q: ſtirpē vocat radicē ieſſe ⁊ xp̄m florē
Similiter metaphorica eſt locutio. Erit iuſti
cia cingulū lumboꝝ eius. ¶ Tertio iudei ar/
guūt ꝯ noſ.q: zacharie.vi.ca.ſcribit̄. Ecce vir
oriens nomē eius.vbi tranſlatio chaldaica hʒ
meſſias nomen eius. Et ſequit̄ textus. ⁊ edifi
cabit templū dn̄o. Sed ieſus nazarenus non
edificauit aliqđ templū dn̄o ergo nō fuit xp̄s
Rn̄det̄ ꝙ edificauit templū de lapidibus vi/
uis ⁊ ſpūalibus videlicet de ipſis fidelibus. ⁊
talis edificatio conueniebat xp̄o que eſt per/
fectiſſima q: regnuʒ eius eſt ſpūale. ⁊ ſic eius
templū. Rabi tn̄ ſalomon dicit ꝙ hec aucto/
ritas intelligit̄ de templo ſcd̄o edificato ꝑ zo/
robabel. Ego Xo dico ꝙ ēt ſi itelligat̄ de xp̄o
adhuc litteralit̄ eſt impleta q: xp̄i virtute edi
ficata ſūt in honorē dei nō vnū ſed tot vbiqꝫ
terraꝝ ⁊ potiſſimū in vrbe roma templa miri
fica. Et nō eſt incōueniens ꝙ aliqn̄ ponat̄ ſin
gularis nūerꝰ ꝓ plurali ⁊ ecōuerſo. ¶ Quar
to opponūt ſe nobis iudei allegantes illud qđ
habet̄ deuterono.xxx.ca. Si ad cardines celi fu
eris diſſipatus inde retrahet te dn̄s deus tuꝰ
⁊ aſſumet atqꝫ introducet in terram quā poſ/
ſederunt patres tui. Ex hoc ipſi inferunt. Cū
ſimus diſperſi per totum mundum ⁊ non cō/
gregati ſequitur ꝙ nō venit xp̄s. Dicendum
ꝙ iſtud fuit adimpletū in reductiōe eoruʒ de
captiuitate babylonica. Sed contra hoc obij
ciunt per illud qđ habet̄ Ezechielis.xxxix.ca.
Scient ꝙ ego dn̄s illorum eo ꝙ tranſtulerim
eos in nationes ⁊ congregauerim eos ſuper
terrā ⁊ non dereliquerim quenqꝫ ex eis.ibi in

captiuitate babylonica multi remanſerunt ⁊ nō oēs reuerſi. Rn̄det̄ ꝙ tunc fuit impletum illud qđ dictum eſt qꝛ nulli fuerunt ibi derelicti qui voluiſſent reuerti. Nam cirus qui erat monarcha in oibuſ illis regnis dedit licentiā generaliter oibus redeundi imo dedit munera reuertentibuſ. vt patet heſdre.i.ca. Et ideo completū eſt verbū moyſi ⁊ Ezechielis qꝛ nullus derelictus eſt ibi qui voluit reuerti. Qui autem noluerunt indigni fuerunt bn̄ficio dei ❡ Quinto iudei obijciūt ꝑ illud qđ habetur Jeremie.xxiij.ca. Ecce dies veniūt dicit dn̄s ⁊ ſuſcitabo dauid germen iuſtum qđ intelligitur de xp̄o. Et ſequitur ibidez. Jn diebus illis ſaluabitur iuda ⁊ iſrael habitabit confident. Sed nunq̄ȝ tot miſerie acciderunt filijs iſrl̄ ſicut poſt mortez ieſu nazareni ergo non fuit xp̄s. Rn̄detur ꝙ proprie loquendo nō erant filij iſrael ⁊ iuda. qꝛ erant auerſi a deo ex eo ꝙ xp̄m negauerant ⁊ occiderant propter qđ ⁊ illam miſeriā meruerunt. Alij āt qui vere erāt filij iſrael ⁊ iuda vere ſaluati ſunt. qꝛ xp̄m receperunt nec ſolū ſaluati ſunt ſp̄ualiter ſed ēt corporaliter. Nam ſicut dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica. Jmminente deſtructione ciuitatis hieroſolomytane facta ꝑ titum āmoniti ſunt fideles qui erant in iudea ꝑ angelū vt tranſirent in regnū regis agrippe qui erat confederatus romanis. Et etiam illi qui de regno xp̄i ſunt habitant confidenter in paradiſo. ❡ Sexto iudei dicunt ꝙ xp̄s nō venit ꝓpter illud qđ habet̄ danielis.uij.ca. Aſpiciebā in viſione noctis ⁊ ecce cum nubibus celi quaſi filius hois veniebat. hoc itelligit̄ de xp̄o. Sed ieſus nazarenꝰ n̄ venit in nubibus celi ǧ n̄ fuit xp̄s. Ad hoc dicendū ꝙ ſcriptura loquitur de duplici aduentu xp̄i.ſ. in mundū ⁊ ad iudicium. Primus aduentus deſcribit̄ cuȝ humilitate. Scđs āt cū excellētia ⁊ ptāte. Daniel āt loqt̄ de ſcđo aduētu. Qđ patet qꝛ paulopoſt dicit. Judiciū ſedit ⁊ libri aperti ſunt. Judei autez excecati neſciunt hunc duplicem aduentū diſtinguere. ⁊ ideo multa erronea dicunt. nam aliqui expectant xp̄m in aduentu ſuo in tanta virtute apparere ⁊ poteſtate ꝙ oia terrena ſibi ſubijciet ⁊ eos liberabit ⁊ regnū eoꝝ reſtituet. propter qđ etiam xp̄i diſcipuli poſt eiꝰ reſurrectionem querebant. dn̄e ſi in tempore hoc reſtitues regnum iſrael. Actuum.i.capit. Alij autem propter ſcripturas que manifeſte loquuntur de xp̄i humanitate ⁊ paſſione. ⁊ ꝓpter illas que loquuntur de eius eminentia ⁊ poteſtate expectāt duos meſſias. Vnum qui erat occidendus. Et alium qui illum reſuſcitabit ⁊ regnum iſrael reſtaurabit. Sed hoc đ ſcripturis non habet auctoritatem. licet enim plures dicti ſint meſſie ſiue vncti quod idem eſt. vt dauid ⁊ ſaul ⁊ quidam alij nullus tn̄ in ſcriptura dicitur venturus ad ſalutem popu li niſi vnus. ❡ Septimo iudei arguūt ꝙ xp̄s non venit propter illud quod ſcribitur Jſaie. xxx.ca. Erit lux lune ſicut lux ſolis ⁊ lux ſolis ſeptēpliciter. que verba dicunt ꝙ in aduentu xp̄i debeat fieri immutatio corporū celeſtium Sed talis immutatio non fuit facta in aduētu nazareni. ergo chriſtus nōdū venit. Dicendum ꝙ illa verba loquuntur de aduentu chriſti ad iudicium. Tunc enim mutabūtur ⁊ innouabūtur quodāmodo corpora celeſtia. Et tunc ſanabitur vulnus populi ⁊ percuſſura plage eius vt dr̄ in textu. qꝛ tūc deſtruet̄ mortalitas per peccatum primoꝝ parentuȝ inducta qꝛ oēs hoies reſurgent ad vitam imortalē ❡ Octauo impugnant nos iudei ex dicto dauid in p̄s.lxxxviij. vbi habet̄. Sic ponā in ſeculum ſeculi ſemen eius. Sed ieſus nazarenꝰ non habuit filios ergo nō fuit chriſtus. Rn̄dendū ꝙ habuit filios ſp̄uales per fidem non per carnalem propagationem que ſemper habet turpitudinē ꝯiunctā. Et taliſ filiatio ſpiritualis cōpetit ei. De tali etiam ſpirituali filiatōne loquitur dauid in p̄s.lxxxi. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi omnes. Dictum ſit pro iſta parte de chriſto qui venit. Jam ad tertinm errorem delendum procedamus.

❡ Q̄ prophete predixerunt xp̄m paſſurum ꝓ ſalute generis humani. Capitulum.iij.

Ertio errant iudei circa xp̄m incarnatum q̄ȝtum ad paſſibilitatem. Verbum ſiquidem crucis ſcandalū eſt eis qui nullā excuſationē habere pn̄t amoniti ⁊ edocti an̄q̄ȝ chriſtꝰ veniſſet ꝑ dicta ꝓphetaꝝ đ myſterijs paſſionis eiꝰ. Vt āt incredulitatē eoꝝ viriliṫ ꝯfutemus aduertendū eſt ꝙ paſſio xp̄i in veteri lege fuit verbis ꝓpheticis ⁊ figuris multipliciter preſignata. Et hoc q̄ȝtum ad tria.

Primo q̄ȝtum ad initium.

Secundo q̄ȝtum ad progreſſum.

Tertio q̄ȝtum ad terminum.

❡ Primo paſſio xp̄i fuit in veteri lege verbiſ ꝓphetaꝝ ⁊ figuris prenunciata q̄ȝtum ad illius initium in quo ponunt̄ ſeptē veritates.

Prima eſt de concilij congregatione.
Secunda de iude venditione.
Tertia de xp̄i egreſſione.
Quarta de vehementi contriſtatione.
Quinta de trina oratione.
Sexta de angeli apparitione.
Septima de ſanguinis ſudatione.

¶ Prima veritas paſſionis xp̄i eſt de cōcilij cōgregatione. de qua dicit Matth.ca.xxvij. Conciliū inierunt oēs principes ſacerdotū ꝯ ieſū vt eū morti traderent. Et ioannes.xij.ca. Collegerunt pontifices ⁊ phariſei concilium Hoc predixit patriarcha iacob geneſ.xlix.ca. ſic. Simeon ⁊ leui fratres vaſa iniquitatꝫ bellantia in cōſilio coꝝ non veniat aīa mea qr in furore ſuo occiderūt virū. Maledictus furor coꝝ qr pertinax ⁊ indignatio coꝝ quia dura. Nicholaus de lira ſup.xi.ca. ioannis inquit. Pontifices erant de tribu leui. phariſei pro magna parte de tribu ſymeō. Eſt alia prophetia dauid in pſ.xxi. vbi dicit. Circūdederunt me canes multi cōſiliū malignantiū obſedit me. Et iterū ſapientie.ij.ca.ſcribit. Dixerunt impij.cōueniam⁹ iuſtū qm̄ inutilis eſt nobis ⁊ contrarius operibus nr̄is. Jeremias inſup xi.ca. ita in pſona xp̄i locutus eſt. Super me cogitauerūt conſilia dicētes. venite mittam⁹ lignū in panē eius ⁊ eradamus eū de terra viuentiū. Lactantius Xo li.iiij.inducit ſibillaꝫ ita vaticinantē. Inierunt conſilium deteſtandum vt priuarent eum vita qui vt eos iuſtificaret aduenerat. ¶ Scd̄a veritas paſſiōis xp̄i eſt de iude venditione de qua dr̄ Matth.xxvi ca. q̄ proditor ille neq̄ꝫ vendidit xp̄m triginta argenteis. Hoc vtiqꝫ figuratū fuit in ioſeph de quo habet geneſ.xxxvij.ca. Qꝛ extrahentes eū fratres ſui de ciſterna vendiderūt iſmahelitis triginta argenteis. Et iſtud prenūciauit zacharias in pſona xp̄i ca.xi. vbi ait. Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. ¶ Tertia veritas eſt de xp̄i egreſſione. de qua ſic ſcribitur. ioānis.xviij.ca. Egreſſus ē ieſus trās torrentē cedron. Hoc figuratū fuit ſcd̄i regū.xv.ca. vbi habet Qꝛ rex dauid tranſgrediebat trans torrentē cedron. oēs aūt viri qui erant cum eo flebant. Et iterū.iij.regū.ca.ij. Fuit dictū Semei quocunqꝫ die trāſieris torrentem cedron ſcito te interficiēdū. ¶ Quarta veritas eſt de vehementi contriſtatione de q̄ dr̄ matth.xxvi.ca. Cepit cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe. ⁊ ait illis. Triſtis ē aīa mea vſqꝫ ad mortē. Hoc figuratū fuit in helia dū fugiebat pſecutionē Zezabelis poſtq̄ꝫ puenit ad ſpeluncā q̄ dixit dn̄o vt ſcribit.iij.reguꝫ.xix.ca. Derelict⁹ ſum ego ſolus ⁊ querūt aīam meā vt auferāt eam. Et hoc predixit Jeremias in pſona xp̄i Trenoꝝ.i.ca. Vide dn̄e afflictōeꝫ meā qm̄ cōturbatus ſum. Et daniel.vij.ca. Cogitatōib⁹ meis contriſtabar. ⁊ facies mea imutata eſt in me. ¶ Quīta veritas eſt d̄ trina orōne. dr̄ eni Matth.xxvij.ca. Orauit tertio eundē ſermonē dicens. Hoc figuratū fuit in dauid de quo dr̄.i.regū.xx.ca. Cadens dauid pronus in terrā orauit tertio. Et in daniele q̄ vt ſcribit eiuſdē.vi.ca. Tribus vicib⁹ in die flectebat genua ſua. ¶ Sexta veritas eſt de angeli apparitiōe de qua dicit lucas.xxij.ca. Apparuit illi angelus de celo cōfortans eū. Hoc figuratū fuit ī gedeone cui vt ſcribit iudicū.vi.ca. Apparuit angelus dicens. dn̄s tecū viroꝝ fortiſſime. Et in Joſue cui dixit deus ioſue.i.ca. Cōfortare ⁊ eſto robuſtus noli timere qr tecū ē dn̄s de⁹. Et hoc predixit daniel.x.ca. loquens in perſona xp̄i. Tetigit inquit me quaſi viſio hominis. ⁊ confortauit me ⁊ dixit. noli timere pax tibi. confortare ⁊ eſto robuſtus. ¶ Septima veritas eſt de ſanguinis ſudatione. Ait enim lucas.xxij.ca. Fact⁹ eſt ſudor eius ſicͣ gutte ſanguis currētis in terrā. De hoc dixit Jſaias.ix ca. Veſtimētū tuū mixto ſanguie. Et ezechie xvi.ca. Vidi te conculcari in ſanguine tuo.

¶ Scd̄o paſſio xp̄i fuit in veteri lege verbis pphetaꝝ ⁊ figuris premonſtrata q̄ꝫtum ad illius pgreſſū in q̄ ponunt ſeptem veritates.
Prima de iudeoꝝ ⁊ miniſtroꝝ proſtratione.
Secunda de xp̄i ligatione.
Tertia de maxille percuſſione.
Quarta de falſa teſtificatione.
Quinta de impia deriſione.
Sexta de crucis baiulatione.
Septima de amara potatione.

¶ Prima veritas eſt de pſtratōne iudeoꝝ ⁊ miniſtroꝝ qui voluerūt capere ieſū. d̄ qua ſic ſcribit ioānis.xviij.ca. Abierunt retrorſū ⁊ ceciderūt in terrā. De hoc eſt pphetia Jeremie qui.xx.ca.ait. Dn̄s meců quaſi bellator fortis. idcirco qui perſequunt me cadent ⁊ infirmi erunt. ¶ Scd̄a veritas de xp̄i ligatiōe. de hac dr̄ ioānis.xviij.ca. Miniſtri iudeoꝝ cōprehēderūt ieſū ⁊ ligauerūt euꝫ. Hoc figuratū fuit iudicū.xv.ca. in filiꝭ iſrl̄ qui ligauerūt ſanſonē Et hoc prophetauit Jeremias ca.xij. dicens.

Dedi dilectã aiam meã in manu inimicorũ.
Et ezechiel.iij.ca.dixit.Ecce data ſunt ſup te
vincula ligabũt te in eis ⁊ ñ egredieris de me
dio eoꝝ.¶ Tertia veritas de maxille ꝑcuſſiõe
ſcribit eni ioãnes.xviij.ca.Tũc vnus aſſiſtẽs
miniſtroꝝ dedit alapã ieſu dicens. ſic reſpon
des pontifici.Figuratũ hoc fuit.iij regũ.xxij.
ca.Qñ ſedechias rex ꝑcuſſit michcã ꝓphetã
in maxillã.Et ipſe micheas.v.ca.iſtud prenũ
ciauit. Sic ꝑcutient maxillã iudicis iſrael.Et
iterũ Sibilla quã ſupius allegauim⁹ ait.Et ĩ
manus impias infideliũ veniet.dabunt autẽ
deo alapas inceſtis manibus.¶ Quarta ve-
ritas eſt de falſa teſtificatione.vt enim refert
Mattheus.xxv.ca.Nouiſſime aũt venerunt
duo falſi teſtes qui ⁊ dixerũt.hic dixit. poſſũ
deſtruere templũ dei.Hoc preuidit in ſpũ da
uid.cũ dixit in pſ.xxvi.Inſurrexerũt in me te
ſtes iniqui ⁊ mẽtita eſt iniquitas ſibi.Et oſe-
as ca.vij.ait.Ego redemi eos ⁊ ipſi locuti ſũt
ↄ me mendacia.¶ Quinta veritas eſt de im-
pia deriſione.dicit nanq; mattheus.xxvij.ca.
Tunc expuerunt in faciẽ eius ⁊ colaphis eum
ceciderũt. Alij ãt palmas in faciẽ eius dede-
runt dicentes. ꝓphetiza nobis xp̃e quis eſt q
te ꝑcuſſit. Hoc ꝓphetatũ eſt nã dauid in pſ.
xxi.ita in ꝑſona xp̃i loquit̃. O ẽs vidẽtes me
deriſerũt me locuti ſunt labijs ⁊ mouerũt ca-
put.Ezechiel ãt.xij.ca.ita vaticinatus eſt. Fa
ciẽ tuã velabũt ⁊ nõ videbis terrã.Et Sibil-
la de qua paulo añ retulimus ita ſequit̃.Im-
purato ore expuent venenata ſputa dabit ve
ro ad verbera ſimpliciter ſanctũ dorſũ ⁊ cola
phas accipiens tacebit.ne quis agnoſcat qđ
verbũ ſit . vel vnde veniat vt inferis loquat̃
⁊ corona ſpinea coronet̃. ipſa enim inſipiens
gens deũ tuũ nõ cognouiſti ſed ſpinis eũ co-
ronaſti ⁊ horridum illi fel miſcuiſti.¶ Sexta
veritas de crucis baiulatione. ait eni ioãnes.
xix.ca.Baiulans ſibi crucẽ exiuit in eũ qui dr̃
caluarie locus.Huius figura preceſſit qñ tu-
lit abrahã ligna ⁊ impoſuit ſup yſaac filium
ſuũ.Predixit hoc etiã Jeremias. Ego quaſi
agn⁹ q portat̃ ad victimã.¶ Septĩa veritas
de amara potatiõe de q̃ matth.xxvij.ca. dr̃.
Dederũt ei bibere vinũ myrrhatũ cũ felle mi
xtũ.Hoc expreſſit dauid loquẽs in ꝑſona xp̃i
pſ.lxviij. Dederũt in eſcã meã fel ⁊ ĩ ſiti mea
potauerũt me aceto.Et hoc inſup predixit Je
remias trenoꝝ.iij.ca.Recordare pauptatiſ ⁊
trãſgreſſiõis.i.afflictõis mee abſinthij ⁊ fell'.

¶ Tertio paſſio xp̃i fuit in veteri lege verbis
ꝓphetarũ ⁊ figuris preoſtenſa q̃tũ ad eius
terminũ in quo ponuntur ſeptem veritates.
Prima eſt de crucifixione.
Secunda de clementi oratione.
Tertia de veſtimentorum diuiſione.
Quarta de flebili lamentatione.
Quinta de pretereuntium blaſſematione.
Sexta de ſpiritus emiſſione.
Septima de planctu ⁊ compaſſione.
¶ Prima veritas ponit̃ luce.xxiij.ca.vbi dr̃.
Crucifixerũt eũ.Hanc expreſſit dauid in pſ.
xxi.Foderũt inquit man⁹ meas ⁊ pedes meos
dinumerauerunt oĩa oſſa mea.Que verba vt
aſſerit Lactantius.li.iiij. nõ de ſe locutus eſt
ꝓpheta. Fuit eni rex ⁊ nũq̃ illa perpeſſus eſt.
ſpũs dei ꝑ illũ loquebat̃ qui erat illa paſſuruſ
poſt annos mille ⁊ quinquaginta.tot eni col-
ligunt̃ anni a dauid vſq; ad crucẽ xp̃i. Et Za
charias ꝓpheta.xij.ca.ita dixit.Aſpicient ad
me quẽ cõfixerũt.Et idẽ.xiij.ca. Que ſũt iſte
plage in medio manuũ tuaꝝ ⁊ dicet his pla-
gatus ſum in domo eoꝝ q me diligebant.i.di
ligere debebant.¶ Scđa veritas đ pia oĩone
vt eni refert lucas.xxiij.ca.Pro crucifixorib⁹
orauit dicens.pater ignoſce illis qr neſciunt
quid faciũt.Hoc clare predixit Iſaias ca.liij.
Ipſe inqt pro tranſgreſſoribus orauit.¶ Ter
tia veritas de veſtimentoꝝ diuiſione de qua
ait mattheus.xxvij.ca.Diuiſerunt veſtimen
ta eius mittentes ſortẽ.quod a dauid pſ.xxi.
apertiſſime fuit predictum'. Diuiſerunt ſibi
veſtimenta mea ⁊ ſuper veſtem meã miſerũt
ſortem.¶ Quarta veritas de flebili lamenta
tione.vt eni ſcribit matthe⁹.xxvij.ca.Clama
uit voce magna dicens. deus deus meus q̃-
re me dereliquiſti. Et de hoc predixit dauid ĩ
pſ.xxi. qui ad lr̃am intelligit̃ de xp̃o vt plene
dixi in ſermone de paſſione in quadrageſima
li noſtro.¶ Quinta veritas de pretereuntiũ
blaſſematione.ait eni mattheus.Pretereun
tes blaſſemabant eũ mouentes capita ſua ⁊
dicentes.ſalua temetipſũ ſi filius dei es deſcẽ
de de cruce.Hoc Jeremias ca.xx.ꝓphetauit
dicens.Factus ſum in deriſũ tota die' omnes
ſubſannabant me audiui enim contumeliam
multorum ⁊ terrorũ in circuitu.¶ Sexta ve-
ritas de ſpũs emiſſione vt ſcribit ioannis.xix
⁊ Luce.xxiij.Inclinato capite emiſit ſpiritũ
Et hoc vtiq; ſic predixit Iſaias ca.liij.Tradi
dit in mortẽ aiam ſuam.¶ Septima veritas

ſit de planctu ⁊ cõpaſſione. Dictũ quippe fu
it virgini glorioſe a ſymeone iuſto vt pꝫ luce.
ij.ca. Tuã ipſius aiam ꝑtranſibit gladius. qḋ
impletũ fuit dũ filium vnigenitũ in cruce pẽ/
dentẽ amariſſimis querelis defleuit. Hoc ꝓ/
phetauit Jeremias.ix.ca. dicens. Vox lamen
tatiois audita eſt de ſyon. ⁊ Zacharias.xij.ca.
q ait. Plangent eũ ⁊ dolebũt ſuꝑ eũ vt doleri
ſolet in morte primogeniti. Sed obſtinatiſſi/
mi iudei p̃allegatas ꝓphetias ḋ xp̃o intelligi
debere ſua malicia negant quos tñ facile con/
uincere poſſumus ex verbis Rabi moyſi qui
in libro directionis ꝑplexoꝝ ait. O ẽs ꝓphete
nõ ſunt locuti niſi ad dies meſſie. Verũtñ ne
diu cõtendamus cũ ipſis afferamuſ in mediũ
Jſaie ꝓphete vaticinia qui de xp̃o ꝓ generis
humani ſalute paſſuro luculentiſſime eſt lo/
cutuſ. Nã ca.ix. poſtq̃ꝫ predixit chriſtũ ventu
rũ deũ ⁊ hoieꝫ. ſubdidit. Et factꝰ eſt principa
tus ſuꝑ humeꝝ eius. ſ. crucẽ ſibi baiulando ꝑ
quã ꝑtãtes aereas debellauit. ⁊ regnũ ſuũ po
tenter intrauit. ſm illud luce vltimo ca. O por
tuit pati xp̃m ⁊ reſurgere a mortuis. ⁊ ita in/
trare in gloriã ſuã. Et.liij.ca. inquit. Dñe qs
credidit auditui nr̃o. i. paſſionis chriſti myſte
rio qḋ ego ⁊ alij ꝓphete audiuimus a ſpũ ſcõ
Et brachiũ dñi cui reuelatũ eſt q̃ſi dicat pau/
cis. Et aſcẽdet ſicut virgultũ corã eo. ſ. chriſtꝰ
corã deo patre. ⁊ ſicut radix. ſ. ſurſum fructifi
cans de terra ſitienti. i. de virgine ñ humecta
ta vel fecundata humano ſemine ⁊ non eſt ei
ſpẽs neqꝫ decor. ſ. in paſſione. ⁊ vidimus eũ ⁊
nõ erat aſpectus ⁊ deſiderauimꝰ eũ deſpectũ
⁊ nouiſſimũ viroꝝ. virũ doloꝝ ⁊ ſcientẽ infir
mitatẽ ⁊ quaſi abſconditꝰ vultus eiꝰ ⁊ deſpe
ctus. ſ. pre verecundia. vñ nec reputauimuſ eũ
vere languores nr̃os ipſe tulit ⁊ dolores nr̃oſ
ipſe portauit ⁊ nos reputauimus eũ quaſi le/
proſũ ⁊ percuſſũ a deo ⁊ humiliatũ. Jpſe aũt
vulneratꝰ eſt propter iniq̄tates nr̃as ⁊ attritꝰ
ꝓpter ſcelera. diſciplina pacis nr̃e ſuꝑ eũ. ⁊ li/
uore eius ſanati ſumuſ. oẽs nos q̃ſi oues erra
uimus vnuſqſqꝫ in viã ſuã declinauit ⁊ dñs
poſuit in eũ iniq̄tatẽ oim nr̃m. Confundanť
itaqꝫ iudei reprobi qui paſſionẽ xp̃i deridere
ſolent. ⁊ inſpiciãt preterea que dicta ſũt q̇ ob
nullã aliã cãm in nationes diſperſi ſunt cum
opprobrio abiectiõe ⁊ ignominia niſi q2 xp̃m
dñm crucifixerũt. Nos vͦo qui xp̃iani ſumꝰ
pio effectu colamus eũ qui nos participes ef/
ficiat regni celeſtis in quo glorioſuſ triũphat
deus ⁊ homo ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

¶ Sermo ſeptimus de iocundiſſima natiui/
tate ſaluatoriſ noſtri dñi ieſu chriſti filij dei ⁊
virginis glorioſe.

# Paruulus natus eſt

nobis ⁊ filius datus eſt nobiſ. Jſa
ie prophete vaticinantis ḋ chriſto
dño nr̃o verba ſunt iſta ca.ix. So/
nuit vox leticie in terra noſtra vox exultatio/
nis aduenit. Auditum eſt verbum ſuaue omi
iocunditate repletũ. Jeſus chriſtus filius dei
in bethleem iude de virgine natus eſt. Ju/
bilate deo omnes hoies mundi ⁊ laudate no/
men ſanctũ eius. Ad hanc ſpiritualeꝫ haben/
dam leticiam inuitat cũctos ſancta mater ec/
cleſia que verbis vtitur ſancti leonis pape in
ſermone de natiuitate dicentis. Saluator no
ſter hodie dilectiſſimi natus eſt gaudeamus.
Neqꝫ enim phas eſt locuꝫ eſſe triſticie vbi na
talis eſt vite que ꝯſumpto mortalitatis timo
re ingerit nobis de ꝓmiſſa eternitate leticiaꝫ
Nemo ab huius alacritatis participatiõe ſe/
cernitur. vna cunctis leticie cõmunis eſt ratõ
Quia dñs nr̃ ieſus chriſtus mortis peccatiqꝫ
deſtructor ſicut nullũ a reatu liberum reperit
ita liberãdis oibus venit. Exultet ſctũs quia
appropinquat ad palmã. Gaudeat peccator
q2 inuitatur ad veniã. Animeť gentilis q2 vo
catur ad vitã. hec ille. Vt ergo exciteňť oium
corda ⁊ hauriamus aquas in gaudio de fon/
tibus ſaluatoris. Jn preſenti ſermone de ſin/
gulari colendiſſimaqꝫ chriſti natiuitate dice/
mus. de qua ꝓpheta Jſaias p̃dixit vͦba ꝓpo
ſita. Jn qbꝰ tria p̃ncipaliter ꝯtẽplari debemꝰ
Primo chriſtum naſcentem.
Secundo virginem parturientem.
Tertio viſionem apparentem.

¶ De paruitate corporis chriſti ⁊ qualiť xp̃s
aſſumpſit carnem de materia nobis cõformi
⁊ de humilitate ipſius naſcentis reſpectu tẽ/
poris loci ⁊ habitaculi. Capitulum.i.

Primo contemplari debemus chriſtum
naſcentem. in quo mente pia conſidera/
re licet ad hec tria.
Primo ipſius paruitatem.
Secundo conformitatem.
Tertio humilitatem.
¶ Primo ꝯſideremus chriſti naſcẽtis parui
tatẽ q2 natus eſt hñs corpus paruulũ ſicut ce
teri infantes qñ naſcunť. Vbi aduertendum

ſm theologoꝝ doctrinā. Qꝛ corpus chriſti in
ſua cōceptione fuit in inſtāti formatū ꝛ q̄tū
ad pfectionē mēbroꝝ ꝛ partiū ipſius perfecte
organizatū. Vn̄ Grego. dicit. xviij. moraliū
Angelo nūciante ꝛ ſpū adueniente mox ver/
bum in vtero mox intra vteꝝ verbū caro. Et
Aug⁹ li. de fide ad petrum. Firmiſſime tene ꝛ
nullatenus dubites nō carnē xp̄i ſine diuini/
tate in vtero virginis fuiſſe conceptā priuſq̄
ſuſciperet̄ a verbo. Et mgr̄ in. iij. di. iij. Ver/
bum nō ſuſcepit niſi carnē formatā. Hoc āt
fuit congruū ſm Bonauē. ꝛ Tho. triplici rō
ne. ¶ Prima eſt ex parte Verbi aſſumentis qꝛ
nō debebat verbū aſſumere partē hūane na/
ture ſed totā. ꝛ ita carnē ꝛ aīaꝫ que nō dꝫ vni
ri niſi carni organizate. ¶ Scd̄a rō ex parte
virtutis operantis. qꝛ virtus diuina opat̄ mi
raculoſe. hoc āt eſt miraculū ꝙ femina ꝯcepit
ſine viro. Ideo ad oſtenſionē potentie ſubito
formauit illud corpus qd̄ natura nō pōt niſi
ſucceſſiue. ¶ Tertia rō fuit ex parte virginis
ꝯcipientis que ſtatim vt cōſenſit repleta fuit
ſpū ſcō ꝛ mater dei effecta. ꝛ qꝛ mr̄ dei nō erat
niſi eſſet deus vnitus humane nature. iō ſta/
tim cū conſenſit deus hō factus eſt. Corpus
itaq; illud ſic formatū a deo puū fuit. vt mgr̄
dic̄ ꝙ obiectū oclis vix videri potuiſſꝫ. Quā/
tū Vo ad quantitatē molis nō ſtatim pductū
eſt ſed ſucceſſiue tam in vtero q̄z extra. qd̄ cō/
ueniens fuit ſm Bonauen. adhuc triplici rō/
ne. ¶ Primo propter legis vniuerſitatis cō/
ſeruationē. qꝛ deus nō operat̄ miraculis vbi
natura pōt operari. Et qꝛ natura poterat cor
pus illud ſucceſſiue ad pfectam quātitatē ad/
ducere iō nō ſtatim ex miraculo cōpletū fuit.
¶ Scd̄a rō pp fidei confirmationē vt. ſ. oſten
deret̄ ꝙ habuit verā ꝛ nō fantaſticā carnem.
¶ Tertia rō propter humilitatis ꝛ charitatꝭ
xp̄i cōmendationē qui pro nobis cū excelſus
deus eſſet tam paruulus videri voluit. Quis
nā nō miret̄ videre vagientē infantē inuolu
tū pannis in cuna. de quo cantat eccleſia illud
Ambroſij. Vagit infans inter arta conditus
preſepia mēbra pānis inuoluta virgo mater
alligat ꝛ manus pedeſq; crura ſtricta cingit
faſcia. Tranſeamus o chriſticole deuotiōe ſuc
cenſi. tranſeamus cū paſtoribus vſq; bethleē
vt inueniamus infantē blanduꝫ affabilē piū
ꝛ totū deſiderabilē. Conſideremus paruitatē
que videtur ꝛ adoremus diuinitatē que latet
qm̄ vt inquit leo papa in ſermone feſtiuitatis
hodierne. dilectiſſimi verus venerator eſt ꝛ
pius cultor qui nec de incarnatione dn̄i aliqd
falſum nec de deitate aliquid ſentit indignū.
paris enim periculi eſt malum ſi in illa aut
nature noſtre veritas aut paterne glorie ne/
gatur equalitas.
¶ Scd̄o cōſideremus xp̄i naſcentis cōformi/
tatem. Aſſumpſit quidē carnē de materia no
bis ꝛ noſtre nature conformi. iuxta illud apl̄i
ad hebreos. ij. ca. Qui eni ſanctificat ꝛ qui ſā
ctificant̄ ex vno omnes. Fuit autem hoc con/
ueniens vt dicit dn̄s Bonauen. xij. di. iij. tri/
plici rōne. ¶ Prima rō dicitur iuſtificatiōis
ad ſeruandam rectitudinē iuſticie ſm Anſel/
mū vt eiuſdem generis eſſet ſatiſfactor ꝛ pre/
uaricator. ¶ Scd̄a ratio dicitur oſtenſionis.
vt oſtenderet̄ nobis dulcedo miſericordie dei
qm̄ ipſe dn̄s qui contemptus fuerat ab hoīe
ipſe idem humano generi vniretur in chri/
ſto. ¶ Tertia ratio dicitur ordinationis. ordi
nauit quippe deus vt totum genus humanū
deduceretur ex vno primo Adam propter re
preſentationem illius vniuerſalis principij a
quo oīa ſunt producta. Rōnibus ergo dictis
conueniens fuit vt xp̄s carnē ſumeret ex ma/
teria ab adā deriuata. que tm̄ ab oī infectione
īmunis fuit eo ꝙ nō fuit in Adam ſm ſemi/
nalem rōnem cū nō fuerit cōcepta ex ſemine
virili ſed myſtico ſpiramie. vt dic̄ ſctūs Tho.
iij. parte. q. xxxi. Vn̄ leo papa in ſermone de
natiuitate inquit. Alienū quippe ab hac nati
uitate eſt qd̄ de oībus legit̄. Nemo mund⁹ a
ſorde nec infans cuius eſt vnius diei vita ſu/
per terrā. nihil in iſtam ſingularē natiuitatē
de carnis cōcupiſcentia tranſijt. nihil de pctī
lege emanauit. hec ille. Si aūt quereret̄ quare
xp̄s n̄ aſſumpſit Adā. Rn̄det dn̄s Bonauen
tura ꝙ hoc fuit ꝑpter tria. ¶ Primo ꝑpter
deum qui nō debebat aſſumere hoīem pctō/
rem. ¶ Scd̄o propter Adam qui nō debebat
tantū exaltari. ¶ Tertio pp humanū gen⁹. qꝛ
paſſio innocentis magis erat grata deo pro
redemptione eius q̄z hominis peccatoris.
¶ Tertio cōſideremus xp̄i naſcentis humili/
tatē. Sicut eni hūilis in forma ſerui dignat⁹
eſt apparere. ita rex iſte angeloꝝ ꝛ hoīm dn̄s
humilit̄ naſci voluit. Et hoc triplici reſpectu.
Primo reſpectu temporis.
Secundo reſpectu loci.
Tertio reſpectu habitaculi.
¶ Primo nat⁹ eſt xp̄s hūiliter reſpectu tp̄is

qr.ſ.tpe deſcriptionis vniuerſi orbis.qñ vt lu
cas refert ca.ij. Exijt edictū a ceſare auguſto
vt deſcriptio hmōi fieret.hic Ceſar auguſtuſ
octauianus fuit qui ſm Suetoniū in libro de
duodecim ceſaribus ⁊ Entropiū natus eſt in
velletrano oppido de clariſſima familia octa-
uiorū in die illo quo Rome in curia agebat d
ꝯiuratiōe catilline octauo kl'as ſeptēbris pau
lo ante ortum ſolis Marco tullio Cicerone ⁊
Gayo antonio ꝯſulibus. Ex patre Octauio
ſenatore ⁊ matre Accia nepte iulij ceſaris ge
nita ex iulia ſorore que nupſerat lucio balbo.
Hic ſz horoſiū Eutropiū Plutarcū in libro
de vita ⁊ obitu Ciceronis.Et in libro de vita
⁊ obitu Marci antonij.Et Senecā in primo
li.de queſtionibus naturalibus. Occiſo iulio
ceſare auūculo eius ⁊ patre p adoptionem cū
ipſum in teſtamento reliquerit heredem ab
Apollonia vbi vacabat ſtudijs lrāꝝ reuerſuſ
eſt.Et vt inquit pliniuſ li.ij.de naturali hiſto
ria.Cū vrbē intraret apparuerunt ſtelle circa
ſolem in modū corone poſite. Regnauit ſm
Suetoniū ⁊ Eutropiū ānis quiquagintaſex.
duodecim cū Marco antonio ⁊ marco lepido
Et quadragintaquatuor per ſe.Sedatis autē
oībus bellis orbem totū ſuo ſubegit imperio
cunctis inimicis ⁊ turbatoribus romanorum
deuictis.Et vt refert Solinus in libro de mi
rabilibus mundi.Tempus eius ſolū repertū
eſt quo plurimū ceſſauerūt arma ⁊ floruerūt
ingenia.In diebus quidē illis inuenti ſunt in
vrbe viri clariſſimi.Oratius.Flaccus. Virgi
lius.Ouidius.Macer.Catullus veronenſis
Propertius.Terenti⁹.Varro.Marcus tul-
lius cicero.Apollodorus.Valerius maxim⁹.
Saluſtius.⁊ alij.Anno igr̄ octauiani auguſti
quadrageſimoſcdo. Et ab vrbe cōdita ſeptin
genteſimo quinquageſimoſcdo.natuſ eſt xp̄s
ieſus.Voluit eni Ceſar auguſtus vniuerſo p̄
ſidens orbi ſcire q̄t prouincie quot ciuitates
quot caſtra quot ville quot hoīes eſſent in to
to orbe.Et vt ſcribit Euſebius in libro d tpi-
bus.Factus eſt rome cenſus.Et inuenta ſunt
in vrbe trecenta ⁊ ſeptuaginta milia ciuiū ro
manorū.Scdm Hvo mgr̄m in hiſtoria ſchola-
ſtica. Iuſſu ceſaris factuz eſt vt oēs hoīes ad
vrbē vñ traherent originē pgerent ⁊ quilibet
denariū argenteū qui valebat decem nūmos
vſuales.vñ ⁊ denarius dicebat̄ preſidi ꝓuin-
cie traderet vt ſe ſubditum vnuſqſqꝫ romano
imperio profiteret̄. Nam ⁊ nūmus imaginē
preferebat ceſaris ⁊ ſupſcriptionez nominis.
dicebatur aūt profeſſio ⁊ deſcriptio ſed diuer
ſa conſideratione. Profeſſio dicebat̄ qr quili-
bet qñ reddebat cenſū preſidi prouincie pone
bat denariū ſuper caput ſuū ⁊ proprio ore ꝓ-
fitebatur ſe fore ſubditū Romano imperio.
Vñ dicebatur profeſſio.i.proprio ore faſſio.⁊
fiebat hoc coram oī populo. Deſcriptio autē
dicebatur qr numerus eorum qui cenſum ca-
pitis ferebant certo determinabatur numero
⁊ redigebat̄ in ſcriptis.Vt ergo dicit ſanctus
Tho.iij.parte.q.xxxv.Quia xp̄s venerat nos
in ſtatum libertatis reducere de ſtatu ſeruitu
tis.Ideo ſicut mortalitatez nr̄am ſuſcepit vt
nos ad vitam reduceret.Ita ſm Beddam eo
tpe dignatus eſt incarnari quo mox natus cē
ſus ceſaris deſcriberetur atqꝫ ob noſtri deli-
berationem ipſe ſeruitio ſubderetur. Et vt
Grego.inquit in omelia.Naſcituro dño mū
dus deſcribitur quia ille apparebat in carne
qui electos ſuos aſcriberet in eternitate.
¶ Secundo xp̄s humiliter natus eſt reſpectu
loci qr in bethleē. Sicut ſcriptum fuerat Mi
chee.v.ca. Et tu bethleem effrata paruula es
in militibus iuda. Ex te mihi egredietur dux
qui ſit dñator in iſrael ⁊ egreſſus eius ab ini-
tio a diebus eternitatis.In bethleē ergo xp̄s
natus eſt.vt dicit ſctūs Tho.iij.parte.q.xxxv
quia factus eſt ex ſemine dauid ſecūdum car
nē cui facta fuerat promiſſio ſpecialis de xp̄o
Et ideo in bethleem de qua natus fuit dauid
naſci voluit vt ex ipſo loco promiſſio ei facta
impleta oſtenderet̄.⁊ hoc deſignat euāgeliſta
dicens de ioſeph eo ꝙ eſſet d domo ⁊ familia
dauid.Addit Grego.in omelia ratōez myſti
cam dicens.Bethleem quippe domus paniſ
interpretatur.ipſe nanqꝫ eſt qui ait.Ego ſum
panis viuus q de celo deſcendi.Locus ergo i
quo xp̄s naſcit̄ domus panis añ vocatus ē qr
futurū ꝓfecto erat vt ille ibi per materiā car
nis appareret qui electorū mentes in eterna
ſacietate reficeret.Si āt aliquiſ quereret.Cur
nō hieroſolimis aut Rome natuſ fuerit.Rñ
det ſctūs Tho. Qr ſicut dauid in bethleē nat⁹
ē ita ēt hieruſalē elegit.vt i ea ſedē regni cōſti
tueret ⁊ tēplū dei ibi edificaret.Et ſic hierl'm
eſſet ſil' ciuitas regalis ⁊ ſacerdotalis. Sacer
dotium aūt xp̄i ⁊ eius regnū precipue conſū-
matū eſt in eius paſſione. Et iō cōuenienter
elegit bethleē natiuitati ⁊ hieroſolymā paſſi-
oni totāqꝫ p hoc hoīm gloriā cōfutauit qui i

ſuperbiam eleuantur ſi ex nobilibus ciuita/
tibus originē ducāt. Xp̄s in ciuitate ignobili
naſci voluit ex nobili opprobriū pati. De ro/
ma vero dicitur in quedā ſermone Epheſini
concilij. Si maximā romā elegiſſet ciuitatē
propter potentiā ciuiū mutationē orbis ter/
rarū putarent. Si filius fuiſſet imperatoris
poteſtati vtilitatē aſcriberent. Sed vt diuini
tas cognoſceretur orbē transformaſſe terraꝝ
pauperculā elegit matrē pauperiorē patriā.
Elegit aūt deus infirma mundi vt cōfundat
fortia. Et ideo vt ſuā poteſtatē magis oſten/
deret in ipſa roma que caput orbis erat ſtatu
it caput eccleſie ſeu in ſignū perfecte victorie
vt exinde fides deriuaretur ad vniuerſū mū/
dum ſm̄ ꝙ prophetauerat Iſaias ca.xxvi. di/
cens. Ciuitatē ſublimē humiliabit ꝛ cōculca/
bit eā pes pauperis.i.xp̄i greſſus egenorū.i.
apoſtolorū petri ꝛ pauli.

¶ Tertio xp̄s ſimiliter natus eſt reſpectu ha/
bitaculi. Nam ꝑfectus a nazareth ioſeph cū
virgīe glorioſa in bethleē quia pauperes erāt
inuenire nō potuerūt hoſpitiū. Sed vt ma/
giſter dicit ī hiſtoria ſcholaſtica. diuertere ad
diuerſorū. Erat eni inter duas domos operi/
mentū habens ſub quo ciues ad colloquendū
vel ad cōueſcendū diebus ocij vel pro aeris ī/
temperie diuertebant vbi forte ioſeph aīa/
libus ſuis boui ꝛ aſino preſepiū fecerat. vel ſꝫ
quoſdā cū ruſtici ad forū veniebāt aīalia ſua
ibidē ligabant. Et ideo ibi preſepe conſtru/
tum erat O ꝙ̄ humilis erat habitatio illa de
qua hiero⁹ ad Marcellā de vrbe ſecedendū
ita ſcribit. Quo ſermone qua voce ſpeluncā
tibi ſaluatoris exponā. Et illud preſepe in quo
infantulus vagijt ſilentio magis ꝙ̄ infimo
ſermone honorandū eſt. Vbi ſunt late porti/
cus. vbi aurata laquearia. vbi domus damna
toꝝ penis ꝛ miſeroꝝ labore veſtite. vbi inſtar
palacij extructe baſilice vt vile corpuſculū ho
minis precioſius inambulet ꝛ quaſi mundo
quicꝙ̄ nō poſſit eſſe ornatius tecta ſua magꝭ
velit aſpicere ꝙ̄ celū. bethleē. Ecce in hoc par
uo terre foramine celorū conditor natus eſt.
Hic inuolutus pannis. hic viſus a paſtorib⁹
hic demonſtratus a ſtella. hic adoratus a ma/
gis. Et in epiſtola ad Euſtochiū ait. Ille cui⁹
pugillo mundus concludit̄ preſepis continet̄
anguſtia. O mira circa nos pietas ieſu bene/
dicti. O charitas inaudita. O humilitas in/
carnati dei. naſcit̄ hyemali tp̄e ꝛ nō eſt illi loc⁹
in diuerſorio. inuoluit̄ pannis ꝛ a ſola matre
benedicta ꝛ ioſeph ſuſcipit̄. Curre cito fidelis
aīa. ingredere operimentū illud. vagientē in/
fantem audacter alloquere. dic ei audienti be
niuolo. O rex regū ꝛ vniuerſe cōditor creatu
re. vis ne te ſimul cū matre ꝛ ioſeph ad meā
domū recipiā vis vt aureā faſciā ad te defe/
ram. vis ornamenta ꝛ precioſa iocalia tibi tra
dam. vis vt famulos ꝛ ancillarū ad obſequen
dum turbā adducā. vis vt matri que peperit
delicata cibaria preparē. Vis vt cuiuſcunꝙ
generis muſicoꝝ peritos modulatores ꝛ ma
giſtros aduocē. ꝛ ſimilia. Statim audies illū
reſpondentē tibi. Non propter tp̄alia veni nꝫ
iſta mihi ſunt grata. Sed ſi mihi placere cu/
pis o aīa mea imagine īſignita largire mihi
peccata tua atꝙ delicta. da mihi cōpunctōēꝫ
da mihi lachrymas. da mihi ꝯuerſionē ꝛ emē
dationē. deſcendi de celo vt homo factus pro
peccatis hoīum ſatiſfaciam. Trigintatribus
annis laborabo ſudabo cruciabor fame ꝛ ſiti
vſꝙquo affigar patibulo crucis. Reuertere
ad me o peccatrix aīa ꝛ ego ſuſcipiā pondus
peccatoꝝ tuoꝝ pro quibus patri meo debitū
ſoluā. Non eni veni vocare iuſtos ſed pecca/
tores quos meis laboribus ꝛ proprio ſangui
ne redimere ſum paratus.

¶ De priuilegijs virginis parturientis que
peperit xp̄m ſine corruptione. ꝛ abſꝙ dolore
ꝛ ſuo lacte nutriuit. Capitulum.ij.

Ecundo contemplari debemus de na/
tiuitate xp̄i virginē parturientē. Data
ſunt quippe diuinitus virgini ſanctiſſime in
ſuo partu tria priuilegia.
Primum dicitur doloris immunitas.
Secundum virginitatis integritas.
Tertium vberum fecunditas.

¶ Primū priuilegiū exhibitū virgini in ſuo
feliciſſimo partu dicitur doloris immunitas
peperit nāꝙ filiū ſine dolore ꝛ cū maxima io/
cunditate. Sicut predixerat Iſaias.xxxv.ca.
Germinans germinabit ſicut liliū ꝛ exulta/
bit letabunda. Nec audiendi ſunt illi qui di/
cunt obſtetrices fuiſſe ad obſequiū virginis.
q: hiero⁹ aduerſus helindium ait. Nulla ibi
obſtetrix fuit nulla muliercularꝫ ſedulitas in/
terceſſit. Et mater ꝛ obſtetrix fuit. pannis in/
quit inuoluit infantē ꝛ poſuit in p̄ſepio. Que
ſnia Apocriphorū deliramenta conuincit.

¶ Scd̄m priuilegiū virginis parturientis fu
it virginitatis integritas. fuit enim in partu

virgo qꝛ filium peperit remanēte clauſo clau
ſtro pudoꝛis. Vñ Aug⁹ in ſermone qui legiꝶ
in vigilia epiphanie ait. Qui natus eſt pꝛimo
ſine matre in celis hodie natus eſt ſine patre
in terris. O miracula. o pꝛodigia fratres cha
riſſimi. nature iura mutanꝶ in hoie. deus na/
ſciꝶ. virgo ſine viro grauidaꝶ. Mox viri neſci
am ſermo dei maritat. Simul facta eſt mater
ꝛ virgo mꝛ facta ſed incoꝛrupta. virgo habēs
filiū neſciēs virū. Semꝑ clauſa ſed nō infecū
da. Et in alio ſermone qui incipit. Caſtiſſimū
marie virginis vterꝰ. Auguſtin⁹ inducit vir/
ginē ſic loquentē. Poꝛta facta ſum celi ianua
facta ſum filio dei. Illi facta ſuꝫ ianua clauſa
q poſt ſuā reſurrectionē ingreſſus eſt ꝑ oſtia
clauſa. Oꝛitur tñ hic difficultas. Quia gre/
goꝛius in omelia in octaua paſce ait ꝑ hoc ꝙ
ianuis clauſis ad diſcipulos poſt reſurrectio/
nem intrauit dñs oſtendit coꝛp⁹ ſuū eſſe eiuſ/
dem nature ꝛ alterius gloꝛie. Et ſic per oſtia
clauſa tranſire videꝶ ad gloꝛiā coꝛpoꝛis ꝑtine
re. Coꝛpus aūt xp̄i in ſua natiuitate non fuit
gloꝛioſū ſed paſſibile habens ſimilitudinē car
nis peti vt Apl's dic̄ ad Romanos. viij. Nō
ergo videꝶ ꝙ exiuit ꝑ virginis vterū clauſuꝫ.
Inſuper nihil in illa ſancta natiuitate xp̄i eſſe
debuit per qꝺ coꝛpus eius fantaſticū appare
ret. Sed ꝑ clauſa tranſire nō videꝶ conuenire
vero coꝛpoꝛi ſed fantaſtico. eo ꝙ duo coꝛpoꝛa
ſimul eſſe nō poſſunt. Non ergo debuit ex ma
tris vtero clauſo coꝛp⁹ xp̄i ꝓdire. ¶ Rñdet
hiſ ſanctus Tho. in. iij. parte. q. xxviij. Qꝛ qui/
dam dixerunt xp̄m in ſua natiuitate ſubtilita
tis dotem aſſumpſiſſe qñ exiuit de clauſo vir/
ginis vtero ꝛ dotem agilitatis qñ ambulauit
ſiccis pedibus ſupꝛa mare. Sed melius dicen
dum eſt ꝙ oia iſta facta ſunt miraculoſe ꝑ vir
tutē diuinā. Vnde Aug⁹ dicit ſuper ioānem
Moli coꝛpoꝛis vbi diuinitas erat oſtia clau/
ſa nō obſteterunt. Ille quippe nō eis apertis
intrare potuit quo naſcente virginitas mr̄is
inuiolata permanſit. Et dionyſius dicit in q̄/
dam ep̄l'a. ꝙ xp̄s ſuꝑ hoiem oꝑabatur ea que
ſunt hois ꝛ hoc demonſtrat virgo ſupernatu
raliter concipiens ꝛ aqua inſtabiliſ terrenoꝝ
pedū ſuſtinens grauitatē. Qꝛ autē obijciebaꝶ
ꝙ tranſire ꝑ clauſa nō cōuenit coꝛpi vero. Di
cendo ꝙ ita voluit xp̄us veritatē ſui coꝛpoꝛis
demonſtrare ꝙ ēt ſimul eius diuinitas decla/
raretur. Et ideo ꝑmiſcuit ima humilib⁹. Vñ
vt coꝛpus eius verum oſtendereꝶ naſcitur ex
femina. Sed vt eius diuinitas innoteſceret
naſciꝶ ex virgine. Talis eni partus decet deuꝫ
vt Ambꝛoſius dicit in hymno natiuitatis.
¶ Tertiū ꝓuilegiū virginis parturiētis xp̄m
fuit vberū fecūditas. Ex miraculo quippe fa/
ctū eſt vt virginis vbera lacte quo infantulū
aleret replerenꝶ. Ob qꝺ eccl'a cantat. Iacentē
in pꝛeſepio ſola virgo lactabat vbere de celo
pleno. Excita coꝛ tuū o fidelis aia ꝛ mente ſol
licita ad locū natiuitatis ꝓficiſcere. Contem
plare ibi virginē oi ſāctitate oi virtute oi de/
niqꝫ venuſtate decoꝛā. Inſpice mentis oculiſ
media nocte dū partus tempus inſtaret illaꝫ
oꝛantē lachꝛymantē pꝛe deuotiōe ꝛ exultantē
in deo ſalutari ſuo. Et cū ſūma iocunditate ſu
ꝑa fenū abſqꝫ doloꝛe abſqꝫ coꝛruptōe vt pꝛe
diximus filium parere vagientē. Illū ſtatim
vt natus eſt adoꝛat. Vnde eccl'ia dicit. virgo
quem genuit adoꝛauit. O ſi poſſemus audire
verba ſiue coꝛpoꝛis ſiue mentis ipſius virgis
in qua lumen grē refulgebat ꝓfecto ſimul cū
ipſa totis viribus grās diceremus altiſſimo
deo. Poterat virgo illa iacenti filio ſuꝑ fenū
dicere. O deus meus ꝛ oim conditoꝛ rerū. O
angeloꝝ ꝛ hoim gloꝛia. O immoꝛtalis ꝛ ſem
piterne rex celi ꝛ terre adoꝛo te humili coꝛ/
de ꝛ bñdico tibi qui vt ſaluū faceres populuꝫ
tuū de me hodie verus hō naſci dignatus es
Factus es mihi filius ſm̄ aſſūptā naturā quē
pater ſibi coequalē genuit ab eterno. Suſcipi
am te reuerenter ꝛ dulciter amplexaboꝛ. Nō
decero infantiā tuā fouere ꝛ in quib⁹ valeo ti
bi neceſſaria miniſtrare. Paſcā te lacte meo
ꝛ pauperculis pannis inuoluā. Lcuabat eū ꝛ
inter ſacra vbera cōſtringebat. Collachꝛymā
tibus oculis caput ſanctiſſimū ꝛ faciē deoſcu
labaꝶ. ꝛ mēbꝛa pannis inuoluta faſcia ſtricta
cingebat. indeqꝫ ad pꝛeſepiū reclinabat. vnge
baꝶ coꝛ illud virgineū balſamo ꝛ melle incre/
dibilis gaudij dū tanta miracula experiebaꝶ.
Sed humilitatē paupertatē ꝛ penalitatē filij
ploꝛātis aio voluēs gaudiū vertebat in luctū

¶ De paſtoꝛum electione quibus natiuitas
xp̄i ē oſtēſa ab angelis ꝛ de fide ac deuotione
illoꝛum erga xp̄m natum. Capitulum. iij.

Ertio contemplari debemus in hac ſan
cta natiuitate xp̄i viſionem apparenteꝫ
qꝛ apparuit angelus dñi de celo paſtoꝛib⁹ cuꝫ
ingenti lumine dixitqꝫ illis. Ecce euangelizo
vobis gaudiū magnū quod erit omni populo
quia natus eſt nobis hodie ſaluatoꝛ qui ē xp̄s

dñs. Et cum eo viſi ſunt plures angeli qui di/
cebãt. Gloria in altiſſimis deo ⁊ in terra pax
hominibus bone voluntatis. Ubi tria conſi
derare debemus.
Primum eſt paſtorum electio.
Secundum paſtorum inſtructio.
Tertium paſtorum fides ⁊ deuotio.
¶ Primũ qđ conſiderare debemus eſt paſto
rum electio. Ipſos quidẽ elegit deus vt eis fi
lij ſui natiuitas reuelaret. Inquit lucas ca. ij.
Paſtores erant in regione eadem vigilantes
⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem
ſuũ. Mos quidem fuit antiquis ſm aliquos
in vtroqꝫ ſolſtitio. ſ. hyemali ⁊ eſtiuali cuſto/
dire vigilias noctis ita ꝙ ſollicite vigilabant
⁊ hoc propter venerationẽ ⁊ reuerentiã ſolis
cui antiquitus propter ſuã claritatem fiebat
magna veneratio. que mos forte inoleuerat
apud iudeos ex vſu cohabitantiũ. Erant ita/
qꝫ iſti paſtores iuxta bethleem vno miliario.
Et nocte media vigilantes viderunt celeſteꝫ
nunciũ annunciantẽ eis xpi natiuitatẽ. Uo/
luit autẽ xps ad hoc paſtores eligere. ¶ Pri
mo vt illis tanqꝫ puris atqꝫ ſimplicibus ma/
ior fides adhiberetur. Nam ſm Ambroſium
Simplicitas nec noua fingere nec audita no/
uit mutare. ¶ Scđo vt ſuperbiã reprimeret
hominũ elatoꝝ. Quare ⁊ xps dicebat. matth.
xi. Cõfitebor tibi pater dñe celi ⁊ terre qui ab/
ſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus ⁊
reuelaſti ea paruulis. Hinc ⁊ Criſoſtomus
dicit. Angelus manifeſtans xpi natiuitatem
non iuit hieroſolimaꝫ non requiſiuit ſcribas
⁊ phariſeos. Erant enim corrupti ⁊ pre inui/
dia cruciabantur. Sed paſtores erant ſinceri
antiquam conuerſationem patriarcharum ⁊
moyſi colentes. ¶ Tertio voluit xps natiuita
tem ſuã paſtoribus manifeſtari vt ſe paſtorẽ
oſtenderet. Unde Bedda bene inquit. Nato
dño paſtores ſupra gregem vigilant. Ille enĩ
natus eſt qui dicit. Ego ſum paſtor bonus.
Sed ⁊ tpus iminebat q̃ idẽ paſtor oues ſuas
q̃ diſperſe errabant ad vite paſcua reuocaret.
¶ Secundum quod conſiderare debemus eſt
paſtorum inſtructio de qua ſequitur lucas in
euangelio Ecce angelus dñi aſtitit iuxta illos
Rationabiliter factũ eſt vt angelus natiui/
tatem dñi nunciaret qꝛ homines per xpm ad
angelorum ſocietatem ſunt perducendi. In
apparitione autem illa lumen refulſit ⁊ clari/
tas dei. id eſt diuina virtute facta. Et vt iquit
Bedda. Nũqꝫ in tota veteris teſtamẽti ſe/
rie reperimus angelos qui tam ſedule appa/
ruere patribus cum lumine apparuiſſe. Sed
hoc priuilegium huic tempori recte eſt ſerua
tum qñ ortum eſt in tenebris lumẽ rectis cor/
de. Ad hanc inſolitã dignãqꝫ viſionem paſto
res timuerũt timore magno. quibus dixit an
gelus. nolite timere. deinde inſtruxit eos de ſa
cramento natiuitatis xpi. Ecce inquit. i. certe
euangelizo vobis. i. nunciũ bonuꝫ porto. gau
dium magnũ quod erit oĩ populo. ſ. tam pere
grinantibus in mundo qꝫ patientibus in lim
bo qꝫ etiam regnantibus in celo quia natꝰ eſt
vobis hodie ſaluator. vobis. ſ. hominibus in/
digentibus. non angelis vel quia nõ indigẽt
ſicut boni vel qꝛ non poſſunt redimi ſicut ma
li. Et dixit hodie. i. iſto tpe. Non enim erat di
es eo modo quo vſitato noĩe diem vocamus.
Subdidit angelus. Et hoc vobis ſignũ. In/
uenietis infantem inuolutũ pannis ⁊ poſitũ
in preſepio. In quibus verbis ſignificauit de
xpo tria. ¶ Primo puritatẽ ⁊ innocentiaꝫ ꝯ
luxuriam quia dixit infantem qui agnus erat
ſine macula. ¶ Scđo paupertatẽ ⁊ indigentiaꝫ
contra auariciã quia dicit pannis inuolutuꝫ
¶ Tertio humilitatẽ ⁊ obedientiã cõtra ſup
biam. qꝛ dicit poſitũ in preſepio. Et facta eſt
cum angelo multitudo militie celeſtis exerci/
tus vt natiuitas dñi ſit magis credibilis ⁊ de
ipſa iam nullus dubitet ſed totũ diuulgetur
p orbem. Unde Bedda inquit. Ne parua vni
us angeli videret auctoritas poſtqꝫ vnus ſa/
cramentũ noue natiuitatis edocuit ſtatim ce
leſtium agminũ multitudo affuit. Et vt idem
Bedda refert. Multitudo illa celeſtis militie
in laudẽ creatoris prorupit vt ⁊ xpo deuotio
nem impendant ⁊ nos ſuo inſtruãt exemplo
vt de receptis beneficijs gratias deo pſolua/
mus. Dicebãt ergo. Gloria in altiſſimis deo
⁊ in terra pax hoĩbus bone voluntatis. Ubi
Bedda ait. O ptant pacẽ hoĩbus qꝛ quos in/
firmos ⁊ abiectos deſpexerant naſcẽte in car
ne dño iam ſocios venerant. Quibus autem
hoĩbus pacẽ poſcũt exponũt ipſi dicentes bo
ne volũtatis. ſ. qui ſuſcipiũt natũ xpm. nõ enĩ
eſt pax impijs ſed pax multa diligentibus no
men dñi. ¶ Tertium quod conſiderare debe/
mus eſt paſtorum fides ⁊ deuotio. Ipſi poſt/
qꝫ angeli diſceſſere in celum loquebant ad in/
uicem. Tranſeamus vſqꝫ ad bethleem ⁊ vide
amus hoc verbũ qđ factũ eſt. ⁊ dñs oſtendit

nobis. Naturale quippe eſt ꝙ homo bonū di
ligat qꝛ ſicut primū obiectū intellectus eſt ve
rum. ita propriū obiectum voluntatis eſt bo/
num. Quia ergo vna quecꝫ potentia appetit
ſuū obiectuꝫ. hinc eſt ꝙ voluntas naturaliter
bonū appetit. Illud aūt qꝺ naturaliter appe/
titur a potentia ſi ſit preſens ipſam delectat.
Si vero ſit abſens poſſibile tn̄ haberi poten/
tia mouetur ad ipſum habendū. Homo igit
bonū diligens qn̄ ſibi preſens eſt in ipſo dele/
ctatur. Oſtenſū aūt ſi ſit abſens inquirit qn̄
ſperat ipſum habendum. Quia ergo angeli
nunciauerūt paſtoribus bonū maximuꝫ xp̄m
natū. Et oſtenderūt vbi erat reperiēdus quia
in bethleem. Ipſi ſollicite moti ſunt querere
⁊ inuenire eum. In quo relucet eoꝝ magnani
mitas ⁊ ſtrenuitas qꝛ non horrore noctis nec
damno ouilis ſui qꝺ ſolū relinquerent retra/
hunt ab inquiſitione ſaluatoris iam nati. Et
fide maxima ac deuotione dicunt. videamus
hoc verbum. i. dei filiū incarnatū qui pro no/
bis factus eſt homo. Et vt inquit Bedda nō
dixerūt videamus puerū ſed verbū qꝺ factuꝫ
eſt. i. verbum qꝺ ſemꝑ erat quō ꝓ nobis caro
factum eſt. Et venerūt feſtinantes ⁊ inuene/
runt ſicut dictū eſt ad illos. Origenes hic ait.
Inuenere mariam que illū fudit in partu ⁊ io
ſeph diſpenſatorē ortus dn̄ici ⁊ infantē poſi/
tum in preſepio. videnteſ āt cognouerunt de
verbo qꝺ dictū erat illis de puero hoc. i. intel/
lexerūt illum puerum eſſe verbum vel filium
dei. vel videntes humanitatē cognouerūt di/
uinitatem. Et oēs qui audierunt mirati ſunt
de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos
Gloſa ſuper iſto paſſu dicit. non ſolum mira
bantur de incarnatiōis myſterio. ſed etiaꝫ de
tanta paſtorum atteſtatiōe que fingere inau/
dita neſcirent. ſed ſimplici facundia vera pre/
dicabāt. Maria aūt modeſta ⁊ taciturna mā
ſueta ⁊ hūilis conſeruabat oīa verba hec ⁊ cō
ferens in corde ſuo. paſtores vero reuerſi ſūt
ad gregē laudātes ⁊ glorificātes deū. Cū qui/
bus ⁊ nos pro tam ampliſſimo munere iā ſu/
ſcepto gratias quas poſſumus referamus pi/
iſſimo ſaluatori qui n̄ iam in preſepio ſed in/
uenitur coronatus in celis quem adorant om
nes angeli ceteriqꝫ beati qui ſit in eternum be
nedictus. Amen.

Sermo octauus de memoria chriſti circū/
ciſi ⁊ de nomine ipſius atqꝫ de ſanguinis ef/
fuſione.

Conſūmati ſunt dies
octo vt circūcideretur puer. Scribū/
tur hec verba originaliter luce. ij. ca.
Et in euāgelio preſentis ſolēnitatis. Poſtqꝫ
natus eſt xp̄s multa die octaua erga ipſuꝫ in/
fantuluꝫ geſta fuere memorie digna. In qua/
libet enim etate labore ⁊ paſſiōibus plurimis
attritus. oſtendit nobis exuberantiſſimā cha
ritatem ſuā. Neqꝫ illi ſatis erat ſtatuto tem/
pore pro ſalute humani generis crucis igno/
minioſe ferre ſuppliciuꝫ. Quinimo ab vtero
virginis glorioſe vſqꝫ ad extremū vite corpꝯ
illud precioſiſſimū varijs penis cruciatibuſqꝫ
ſubmiſit. Hodierna vero die ſm antiquā iu/
deorum traditionē nō ſine doloris acerbitate
circūciſus eſt. Et ſicut peccator videri voluit
qui ab oī labe ⁊ cōtagione mūdiſſimus vene/
rat in ſuo ſanguine peccatores lauare. Qua d
re ſtatuit ſancta mater eccleſia diem iſtum a
cunctis fidelibus ſolēniter celebrari. Nos ve
ro vt xp̄i circūciſi ſacramentū oībus innote/
ſcat. de ipſo in preſenti ſermone dicemus. In
quo tria myſteria erunt cōtemplanda.
Primum dicitur circūciſionis.
Secundum vocationis vel nominationis.
Tertium effuſionis.

De circūciſione qꝫ congrua inſtituta fuit ⁊
de determinatione illius. ⁊ quare xp̄s voluit
circūcidi. Capitulum. i.

Primū myſteriū cōtēplandū dicit cir/
cūciſionis. vbi pro clariore intelligentia
dicendorum de xp̄o qui circūcidi voluit. Ad
hoc de circumciſione tria erunt elucidanda.
Primum eſt illius inſtitutio.
Secundum determinatio.
Tertium ſubiectio.

Primū de circumciſione elucidandum eſt
illius inſtitutio. Et hic perſcrutari libet quali
ter circūciſionis ſacramentū cōuenienter in/
ſtitutū eſt ⁊ hoc triplici reſpectu.
Primo reſpectu cauſe.
Secundo reſpectu ſexus.
Tertio reſpectu perſone.

Primo circūciſio cōuenienter inſtituta eſt
reſpectu cauſe. quare inſtituta fuit. Vt enim
colligit ex dictis Hugonis in li. de ſacramen
tis. ⁊ magiſtri ſnīarum in. iiij. di. i. Et Alexan
dri de ales in. iiij. volumine ſūme. Triplex fu/
it cauſa potiſſima vt circūciſio inſtitueretur:
Pria dicitur diſtinctōis vt. ſ. diſtingueret

populus fidelis de quo xp̄s naſciturꝰ erat ab
alijs infidelibus ⁊ ydolatriſ. q: vt Augꝰ inq̄t
li. v. de ci. dei. ca. xij. Illo tp̄e oēs gentes exce/
pta vna populi hebreoꝝ deos falſos colebāt
⁊ nō deo victimas ſed demonijs imolabant.
Et ſi obijcereť ꝙ anteq̄ȝ dareť circūciſio erāt
fideles ⁊ infideles. ergo añ circūciſio inſtituē
da erat. Rñdere poſſumus ſc̄m ſctm̄ Tho. in
ſuo. iiij. Q: ex corruptione pc̄ti originalis hu/
manū genus circa tp̄a abrahe vſq̄ȝ ad profun
diſſimū pc̄tōꝝ venerat. ſ. infidelitatē q: tunc
īcepiſſe ferť ydolatria ⁊ vitiū turpiſſimū ꝯ na
turaȝ vt pȝ de Sodoma ⁊ gomorra. ¶ Sc̄da
cā quare circūciſio fuit inſtituta dr̄ oppoſitio
nis vt. ſ. eſſet remediū oppoſitū originali pec
cato. qđ quidē circūciſio repreſentabat q̄ȝtum
ad cām que erat ipſa propagatio libidinoſa.
Ideo fiebat in mēbro deſeruiente generatiōi
q̄ȝtū ad proceſſū circularē q: ſc̄m Anſelmū pri
mo perſona corrūpit nām deinde nā corrum
pit pſonā. Et q̄ȝtū ad effectum qui eſt concu/
piſcentia. Ideo pellicula proijciebatur. Et ſi
diceref ꝙ āñ inſtitutionē circūciſionis hūanū
genus originali pc̄tō erat obnoxiū. ergo circū
ciſio ante fuiſſet inſtituenda. Dicere poſſumꝰ
ſc̄m Hugonē li. de ſacramentiſ. Q: in qualibȝ
lege benignitas dei humano generi de opor/
tunis remedijs ꝯ originale peccatū prouidit.
In lege ſiquidē nature fuerunt tria remedia.
Primū oblatio que cepit ab Abel ⁊ durauit
vſq̄ȝ ad diluuiū. de q̄ dr̄ Geneſ. iiij. ca. Abel
obtulit de primogenitis. Sc̄dm remediū fuit
ſacrificatō ⁊ durauit a Noe vſq̄ȝ ad Abrahā
Tertiū fuit decimatio. de qua Geneſis. xiiij.
ca. Abraham dedit Melchiſedech decimas.
In lege ſcripture remedium ꝯ originale fuit
circūciſio. que licet tp̄e abrahe ⁊ legis nature
ceperit. tñ tp̄e moyſi fuit ꝓmulgata. In lege
xpo grē eſt ſacramētū baptiſmi. ¶ Tertia rō
quare inſtituta fuit circūciſio dr̄ ſignificatio/
nis. vt eni dicit ſctūs Tho. in. iiij. Habet cir/
circūciſio myſticam ſignificationē. Nam ſc̄m
intellectū moralē ſignificabat caſtitatē ſeruā
daȝ. ſc̄m intellectū allegoricū ſignificabat pur
gationē peccatorū per xp̄m futuram. Sc̄dm
intellectū anagogicū ſignificabat depoſitōeȝ
corruptibilitatis carnis ⁊ ſanguinis in reſur
rectione. ¶ Sc̄do circūciſio eſt cōuenienter i/
ſtituta reſpectu ſexus. q: ordinauit deus vt
maſculi circūciderenť non mulieres. Rō xpo
multiplex eſt ſc̄m Alexandrū. Et prima eſt mē
bri deficientia. q: mulieres nō hñt mēbrū ad
circūciſionē diſpoſitū. Sc̄da rō eſt diſtinctio
nis ſufficientia. q: populus fidelis ab infideli
ſufficienter diſtinguebať per viros. q: vir ca
put eſt mulieris. ſicut patet. xxxiij. q. v. ca. cum
caput. Tertia rō eſt pc̄ti independētia. q: pec/
catū originale nō dependet a muliere cauſali
ter licet occaſionaliter. Nam q̄ȝuis tranſgreſ
ſio a femina ceperit. tñ tranſfuſionis pc̄ti ori/
ginalis cā nō fuit ipſa ſed vir. q: ſi vir nō pec
caſſet originale tranſfuſū nō fuiſſet. ¶ Tertio
circūciſio cōuenienter inſtituta eſt reſpectu ꝑ
ſone. Indicta quippe fuit abrahe dū erat an/
noꝝ nonagintanouē. vt ſcribiť Geneſis. xvij
ca. Diligebat quidē deus abrahā maxime ꝑꝑ
tria. Primo ꝑpter fidē. q: vt ſcribiť Geneſ.
xv. ca. Credidit abrahā deo ⁊ reputatū eſt ei
ad iuſticiā. Sc̄do ꝑpter hoſpitalitatē. q: val/
de hoſpitalis fuit. Vñ Hieroꝰ ad palmachiū
inquit. Diues erat abraham auro argento
pecore poſſeſſione multāq̄ȝ familiā habebat.
ita vt ad ſubitū nunciū armare poſſet exerci/
tum iuuenibus electū. tñ poſt crebrū hoſpita/
litatis officiū dum hoīes nō recuſat ſuſcipere
meruit deū. Tertio diligebat deus abraham
ꝑꝑ obedientiā. fuit equidē promptiſſimus ad
obediendū deo cum ſibi filium imolari prece
pit. vt patet Geneſis. xxij. ca.

¶ Secundum elucidandum de circunciſione
eſt eius determinatio que conſiderari habet
q̄ȝtum ad tria.

Primo q̄ȝtum ad diem.

Secundo q̄ȝtum ad inſtrumentum.

Tertio q̄ȝtum ad finem.

¶ Primo conſiderare habemus determina/
tionē circūciſionis q̄ȝtū ad diem. dr̄ eni Ge/
neſis. xvij. ca. Infans octo dieꝝ circūcideť in
vobis. Vbi ſctūs Tho. dicit. Q: octauus dies
erat de neceſſitate circūciſionis q̄ȝtū ad obli/
gationē ꝑcepti ita ꝙ reꝰ tranſgreſſiōis erat q
illud tp̄s ñ obſeruabat. ſed nō erat de neceſſi/
tate eius q̄ȝtū ad efficaciā ſacri. q: etiā in alio
tp̄e circūciſio facta ſuū effectū ſacramentalē
habebat. ſicut ēt accidit miniſtrantibus nr̄a
ſacr̄a qui ſeruant materiā ⁊ formā debitaȝ ⁊
omittunt aliud de ritu ad ſolēnitatē ſacri ab
eccleſia inſtituto. Sed h̄ plures difficultates
oriuntur. Prima eſt an ſi octaua dies fuiſſet
dies ſabbati in quo ꝑcepta erat quies ab opi
bus exterioribus fuiſſet licitum facere circūci
ſionē. Rñdet ſctūs Tho. ꝙ ſic. q: circūciſio ñ

erat op⁹ pure corporale. ſed ſacramentū legis ſicut ⁊ ſacrificia que in ſabbato offerri licebat. Et iō xp̄s dicebat ioānis. vij. ca. Circūciſionē accepit homo in ſabbato ⁊ nō ſoluit lex moy ſi. Scd̄a difficultas q2 illi qui vagati ſūt in de ſerto nō fuerūt octaua die circūciſi ſed poſt ea tp̄e Joſue in galgalis. vt dr̄ Joſue. v. ca. ⁊ tū illis profuit circūciſio. Ad hoc dicūt docto res φ cū illis fuit diſpenſatū propter neceſſi tatē q2 neſciebant qn̄ caſtra mouenda erant q̄ mouebant ſm φ mouebat ⁊ eleuabat nubes de tabernaculo. vt ſcribit Numeri. ix. ca. In ſuper nō erat neceſſe eos tunc aliqd̄ ſignū di ſtinctionis habere vt damaſcen⁹ dicit qn̄ ſe orſū ab alijs hoībus habitabant. Tertia diffi cultas an iminente mortis articulo licitū fu iſſet ante octauū3 diē circūciſionē facere. Ad quod reſpondemus φ mgr̄ videtur ſentire in littera φ licebat iminente mortis articulo diē preuenire. Quidā vo dicunt ſequentes Hu gonem in libro de ſacramentis. φ nō erat ne ceſſitas diem preueniendi. q2 illis qui añ octa uam diem moriebant valebat ad ſalutē reme dium quod ante circūciſione3 fuerat qd̄ ad ħ efficaciam habebat. Et hoc confirmant p iu deos qui nunc ſunt qui nunq̄3 ante octauum diem circūcidunt. Quarta difficultas quare inſtitutū fuit vt infantes die octaua circūci derent. Et ad hoc pōt triplex rō aſſignari.

Prima penes intellectum litteralem.

Secunda penes intellectum anagogicum.

Tertia penes intellectum tropologicum.

¶ Prima ratio ſumit penes intellectū hiſto ricū ſiue litteralē. Nam ſicut dicit Rabi moy ſes maximus philoſophus ⁊ theologus apud iudeos. Puer in ſeptē diebus tam tener ad huc eſt q̄3 ſi exiſteret in vtero matris. in octa ua aūt fortificatur ⁊ ſolidatur. Et ideo vt dic noluit dn̄s paruulos ante octauā diem circū cidi. ne ob nimiā teneritudinē nimiū lederen tur. Vltra vo octauum noluit circūciſionem elongari propter tres cauſas. Prima vt peri culum euitet ne. ſ. ſi nimiū differrerent ſine cir cūciſione eos mori contingeret. Scd̄a vt dolo ri paruulorū puideat cū enim in circūciſione maximus ſit dolor voluit pueros dn̄s circūci di dum adhuc paruā imaginatione3 habent vt minorē dolorē ſentirēt. Tertia vt parentū triſticie conſulat. Nā cū ex circūciſiōe pleriq3 morerent ſi circūciderēt iā magni exinde ma ior dolor eſſet parentib⁹ q̄3 ſi morerent būtes tantū octo dies. ¶ Secunda rō ſumit penes intellectū anagogicum ſiue celeſtem. Fiebat g̃ circūciſio die octaua vt daretur intelligi φ in octaua reſurrectiōis ab oī pena ⁊ miſeria cir cūcidemur. Et ſm hoc octo dies erūt octo eta tes. Prima ab Adā vſq3 ad noe. Scd̄a a noe vſq3 ad abraham. Tertia ab abraha3 vſq3 ad moyſen. Quarta a moyſe vſq3 ad dauid. Qui ta a dauid vſq3 ad xp̄m. Sexta a xp̄o vſq3 ad finem mundi. Septima morientiū. Octaua reſurgentiū. ¶ Tertia ratio ſumitur penes in tellectum tropologicū ſiue moralem. Et ſm ħ octo dies poſſunt accipi pro octo conditioni bus que requirunt vt aīa peccatrix circūcida tur ⁊ grata ſit deo. Primus itaq3 dies eſt pri ma conditio que eſt cognitio peccati. Niſi eni peccator ſuā infirmitatē cognoſcat nūq̄3 ad penitentie medicinā venire curabit. Ideo in quit Seneca ad Lucillū. Non eſt extrinſecus malum noſtrū intra nos eſt. in viſcerib⁹ ipſis ſedet. Ideo difficulter ad ſanitatem venimus q2 nos egrotare neſcimus. Et Auguſti. ſuper pſalmo. Nemo ait eſt ſanabilior eo qui ſibi ſa nus videtur. Hinc dauid in p̄s. l. dicebat. Ini quitatē meam ego cognoſco. Scd̄a dies eſt p poſitū deſerendi malum ⁊ faciendi bonū. qd̄ notatur in filio prodigo qui dixit. Surga3 ⁊ ibo ad patrem meū. Tertia dies eſt tertia con ditio. ſ. pudor de peccato. vt homo de ſuis ma lis erubeſcat. Quarta dies eſt timor d̄ futuro iudicio. Quinta contritio ſiue dolor de pctīs Sexta eſt confeſſio loco ⁊ tp̄e. Septima ſpes venie. non eni ſufficiunt precedentia ſine hac ſeptima conditione. q2 vt ſcribit de peniten. di. i. in ca. nemo. Nemo poteſt bn̄ agere peni tentiā niſi ſperauerit indulgentia3. patet hoc de iuda qui licet peccatū fuiſſet cōfeſſus tū q2 deſperauit de venia damnatus eſt. Octaua dies eſt ſatiſfactio. His conditionibus quaſi quibuſdā diebus cirūciditur aīa ⁊ in ſtatū ſa lutis reponit atq3 diſtinguit ab illis qui ſunt impenitentes ⁊ obſtinati. Scd̄o conſiderare habemus de terminatione circūciſionis q̄3tū ad inſtrumentū. Fiebat enim cum cultello la pideo vt p3 Joſue. v. ca. ⁊ Exodi. iiij. ca. Dicit tamē ſanctus Tho. φ talis cultellus nō erat de neceſſitate circūciſiōis neq3 quantū ad ob ligationem precepti neq3 q̄3tum ad efficacia3 ſacri quod ritus iudeorum vſq3 hodie oſten dit. licet in principalibus circūciſionibus in q b⁹ xp̄m ſignificari oportebat tale inſtrumētū

ſit adhibitum. Significabat eni xp̄m qui pe/
tra dicitur p ſimilitudinē. ⁊ eſt cā principalis
meritoria remiſſiōis originalis culpe. Tertio
conſiderare habemus determinatiōnē circū/
ciſionis q̄ꝫtum ad finem. Debuit vtiqꝫ circū
ciſio finē habere. Vn̄ Apoſtolus ad galathaſ
v. ca. In xp̄o enim ieſu neqꝫ circūciſio aliquid
valet neqꝫ preputiū ſed noua creatura. Et ite
rum. Si circūcidimini xp̄s nil proderit vobiſ
Ratio eſt ſm doctores, q: cū venit qd̄ pfectū
eſt euacuari debuit qd̄ ex parte eſt ſi ad idem
ordineſ q: gr̄a nō facit per duo qd̄ p vnū pōt
facere ſicut nec natura. Circūciſio aūt imper/
fecta erat reſpectu baptiſmi tripliciter. Pri/
mo q̄ꝫtū ad ſignificationē, q: non ita ſignifica
bat expreſſe emundationē totius hoīs ab im/
mundicia originaliſ culpe ſicut ablutio baptiſ
malis. Scd̄o q̄ꝫtum ad efficaciā q: nō tam ha
bundans gr̄a ad operandū ⁊ reprimendū fo/
mitē dabaſ in circūciſione ſicut in baptiſmo.
Tertio q̄ꝫtum ad vtilitatem. q: non erat eius
vtilitas ita cōis ſicut baptiſmi cum haberet
determinatū populum determinatū tempus
determinatū ſexum qd̄ in baptiſmo non acci/
dit. Et ideo adueniente baptiſmo debuit ceſ/
ſare circūciſio. Sed iudei arguunt cōtra nos.
Primo q: Geneſ. xvij. ca. dr̄. Q: circunciſio
datur in fedus eternū. Sed eternū eſt qd̄ nul/
lo fine clauditᷣ. ergo circūciſio ceſſare non de/
buit. Scd̄o q: poſt baptiſmi inſtitutionē pau
lus circūcidit timotheū. vt pꝫ Actuū. xvi. ca.
Rn̄det ſctūs Tho. Q: eternū hic accipitur p
ſeculo qd̄ quidē finem habet ſed nō eſt nobis
determinatū. Vel etiam poteſt dici ꝙ circūci
ſio corporalis potuit eſſe in fedus eternū q̄ꝫtū
ad ſuū ſignatū ⁊ q̄ꝫtū ad id qd̄ ei ſuccedit. Sic
etiā fides dr̄ ſp manere reſpectu viſionis que
ei ſuccedit in patria. Ad ſecundum dicit ſctūſ
Tho. Q: ante xp̄i paſſionem circūciſio ⁊ lega/
lia fuerunt obſeruanda ex neceſſitate diuine
iuſſionis ⁊ habuerunt adhuc effectū. Sed pꝰ
xp̄i paſſionē ante diuulgatū euangeliū obſer/
uari poterant a iudeis ad fidem conuerſis nō
ſpem in ipſis ponentibus quaſi alicuius vir/
tutis eſſēt aut quaſi ſine eis gr̄a xp̄i non ſuffi/
ceret ad ſaluteꝫ. Sed ne oīno videretur lex ve
tus reprobanda ſi ſtatim quaſi ydolatria fuge
retur. Et ideo hoc modo erat mater ſynago/
ga cum honore ad tumulum deducenda. Sed
poſt diuulgationē euangelij legalia non ſolū
non ſūt ſalutifera ſed mortifera. Medio ergo
tempore. ſ. poſt paſſionem xp̄i ante diuulga/
tum euangelium petrus ⁊ paulus ⁊ alij apo/
ſtoli legalia obſeruabant non ſimulatorie ſed
vere. petrus tamen incaute ſe habuit in obſer
uatione legalium nimis condeſcendens iude
is illis qui legalia obſeruabant ita vt aliqui
eius exemplo inducerentur ad ea obſeruanda
quaſi neceſſaria. Et ideo vere reprehenſibilis
erat ⁊ aliquam leuem incurrit culpaꝫ. Et pau
lus ad galathas ca. ij. Vere ⁊ nō diſpenſatiue
ipſum cum charitate reprehendit. Circūciſio
ergo ⁊ alia legalia ante xp̄i paſſioneꝫ quando
xp̄s ea ſeruauit non erant mortua neqꝫ mor/
tifera ſed ſalutifera. Tempore autem apoſto/
lorum ante diuulgationē euangelij erant que
dam mortua quaſi nullius exiſtentia vtilitatſ
ſed non mortifera. Mō vo ⁊ mortua ⁊ mor/
tifera ſunt. ideo nec obſeruanda. ⁊ ſic circunci
ſio finem accepit. ¶ Tertium elucidandum d̄
circūciſione dicitur ſubiectio. Licet enim chri
ſtus originale peccatum non contraxerit, vo/
luit nihilominus circuncidi. Quod quidem
fecit multiplici ratione. vt inquit ſctūs Tho.
iij. parte. q. xxxvij. Primo vt oſtenderet veri/
tatem carnis humane contra manicheuꝫ qui
dixit eum habuiſſe corpus fantaſticum. Et cō
tra Apollinareꝫ qui dixit corpus chriſti eſſe di
uinitati conſubſtantiale. Et contra Valenti/
num qui dixit chriſtum corpus de celo tuliſſe
Secundo voluit chriſtus circuncidi vt appro
baret circunciſionem quam olim deus inſti/
tuerat. Tertio vt oſtenderet ſe eſſe de genere
abrahe qui circunciſionis mandatum acce/
perat in ſignum fidei quam de ipſo habuerat
Quarto vt iudeis excuſationem tolleret dum
eum non receperunt quia non potuerunt di/
cere ꝙ eſſet incircunciſus. Quinto vt obedi/
entie virtutem ſuo nobis cōmendaret exem/
plo. Sexto vt qui in ſimilitudinem carnis pec
cati aduenerat remedium quo caro peccati cō
ſueuerat mundari non reſpueret. Septimo
vt legis onus in ſe ſuſtinens alios a legis one
re liberaret.

¶ Q: cōuenienter filius dei vocatus eſt ieſus
⁊ de admirandis efficacijs huius nominis ac
reuerentia eius. Capitulum. ij.

Ecundum myſterium cōtemplandum d̄
chriſto circunciſo dicitur vocationis vl̄
nominatōis. Quia vocatum eſt nomen eius
ieſus de quo iocundiſſimo nomine tria conſi
deranda ſunt.

Primum ipſius conuenientia.
Secundum ipſius efficacia.
Tertium ipſius reuerentia.

¶ Primũ cõſiderandũ de hoc noĩe ieſus eſt ipſius conuenientia. Ubi queritur vtrũ filiꝰ dei pro nobis incarnatus cõueniẽter ſit vocatus ieſus. Et dicimus ꝙ ſic triplici rõne.
Primo ratione ſignificationis.
Secundo ratione reuelationis.
Tertio ratione annunciationis.

¶ Primo dei filius cõuenienter eſt vocatus ieſus rõne ſignificationis. tunc eni nomẽ cõuenienter imponiẗ cum eius ſingnificatũ correſpondet proprietati rei. Noĩa aũt ſingularium hoĩm ſemꝑ imponunẗ ab aliqua proprietate eius cui nomen imponiẗ. vt dicit ſctũs Tho. iij. parte. q. xxxvij. vel a tẽpore ſicut imponunẗ noĩa aliquoꝝ ſanctoꝝ his qui in eoꝝ feſtis naſcunẗ. Uel a cognatõne ſicut cũ filio imponiẗ nomen patris vel alicuius de cognatione eius. Et hoc mõ propinqui ioãnis baptiſte voluerunt eum vocare noĩe patris ſui Zachariam. Uel etiam ab euentu. ſicut ioſeph vocauit primogenitũ ſuũ Manaſſen dicens. Obliuiſci me fecit deus laborũ meoruꝫ Geneſis. xli. ca. Uel etiã ab aliqua qualitate eius cui nomen imponiẗ. ſicut Geneſis. xxv. ca. dr̃. Quia qui primo egreſſus eſt de vtero matris ruffus erat ⁊ totus in morẽ pellis hiſpidus. Ideo vocatũ eſt nomen eius Eſau. qđ interpretaẗ rubeus. Noĩa ãt que diuinitus imponunẗ aliquibus ſemꝑ ſignificant aliqđ gratuitũ donũ eis diuinitus datũ. ſicut Geneſ. xxvij. ca. dictũ eſt abrahe. Appellaberis abraham. qꝛ patrẽ multarum gentiũ conſtitui te. Quia ergo hoĩ xp̃o hoc munus grĩe collatum erat vt ꝑ ipſũ oẽs ſaluarenẗ. Ideo conuenienter vocatum eſt nomen eius ieſus. i. ſaluator. Sꝫ ↄ̃ hoc poſſet quis obijcere ex eo ꝙ Iſaias ca. lxij. loquens de xp̃o dixit. Uocabiẗ tibi nomen nouũ qđ os dñi noĩauit. Sed hoc nomẽ ieſus non eſt nomen nouũ. ſed pluribus ante xp̃m fuit impoſitũ. g̃ nomen iſtud nõ cõuenit xp̃o. Ad hoc dicit ſctũs Tho. Quia his qui fuerunt ante xp̃m potuit conuenire hoc nomen ieſus ſꝫm aliquã aliã rõnem. puta qꝛ aliquam particularẽ ⁊ tꝑalem ſalutẽ attulerũt. Sed ſꝫ rõnem ſpũalis ⁊ vniuerſalis ſalutis h̃ nomẽ eſt propriũ xp̃o ⁊ ſꝫm hoc dr̃ eſſe nouũ. Inuenitur ãt in ſcriptura hoc nomẽ impoſitũ quattuor hoĩbuſ. Quoꝝ primus fuit Ioſue q̃ fuit pugnator fortiſſimus. de quo dr̃ Eccleſiaſtici xlvi. ca. Fortis in bello Ieſus naue. Scđs fuit ieſus filius Ioiade qui fuit ſacerdos deuotiſſimus. Aggei. ij. ca. Tertius fuit ieſus filius ſirach qui fuit doctor ſapientiſſimꝰ. Eccleſiaſtici. i. Quartus fuit ieſus filius virginis marie ſanctiſſimus figuratus ꝑ tres primos nõ vocalit̃ ſed realiter. Primo qdẽ qꝛ ſicut ieſus naue debellatis chananeis introduxit filios iſrael in terrã promiſſionis. ita nr̃ ieſus debellatis demonibus extraxit ſanctos de inferno ⁊ induxit eos in terrã viuentiũ. Scđo qꝛ ſicut ſcđus ieſus edificauit templũ. ſic nr̃ ieſus edificauit eccleſiã ſubuerſo tẽplo ſynagoge. Tertio qꝛ ſicut ieſus filius ſirach renouauit ſapiẽtiã de corde ſuo ſic ieſus nr̃ renouauit qꝛ teſtamentũ nouũ inſtituit. ¶ Scđo filiꝰ virginis cõuenienter eſt vocatus ieſus rõne reuelationis. Sic equidẽ predixerũt ꝓphete ꝙ. ſ. vocareẗ ieſus ſpũ ſctõ illis reuelante. Uñ deus pr̃ in. iiij. Eſdre loquendo dicit. Reuelabiẗ filiꝰ meus ieſus cũ his qui cũ eo iocundabunẗ. Et Abacuc. iij. ca. Ego ãt in dño gaudebo ⁊ exultabo in deo ieſu meo. Et ſibilla Eritrea de qua loquiẗ Augꝰ li. xviij. de ci. dei. In verſibꝰ illis. Iudicij ſignũ tellus ſudore madeſcat. E celo rex adueniet ꝑ ſecla futurꝰ ⁊c̃. Accipiẽdo primam lr̃am cuiuſlibet verſus ⁊ oẽs inſimul complectẽdo dixit. Ieſus xp̃s filius dei ſaluator. Sed contra hoc inſtaẗ ꝙ Iſaias loquens de xp̃o venturo. vij. ca. ait. Uocabitur nomẽ eius emanuel. Et. viij. ca. Uocabitur nomen eius accelera ſpolia detrahe feſtina predare. Et. ix. ca. Uocabiẗ nomen eius admirabilis cõſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps paciſ. Et Zacharias ca. vi. dixit. Ecce vir oriẽs nomẽ eiꝰ. g̃ incõueniẽter vocatũ eſt nomen eius ieſus. Rñdet ſctũs Tho. Quia in oĩbꝰ illis noĩbus quodãmõ ſignificaẗ hoc nomen ieſus qđ eſt ſignificatiuũ ſalutiſ. Nam in hoc quod dicitur emanuel qđ interpretatur nobiſcum deus deſignatur cauſa ſalutis que eſt vnio diuine ⁊ humane nature in perſona filij dei ꝑ quã factum eſt vt eſſet nobiſcum deus. Per hoc autem quod dicitur. vocabitur nomen eius accelera ſpolia detrahe deſignatur a quo nos ſaluauerit. qꝛ a diabolo cuius ſpolia abſtulit. ſꝫm illud Ap̃li ad coloceñ. ca. ij. Expolians principatus ⁊ ptãtes traduxit cõfidenter. In hoc qđ dr̃ vocabitur nomẽ eius admirabilis ⁊c̃. Deſignatur via ⁊ terminus

ſalutis noſtre inquātū.ſ.admirabili diuinitatis ꝯſilio ⁊ virtute ad hereditatē futuri ſeculi ꝑducimur. In q̄ erit pax ꝑfecta filioꝝ dei ſub ipſo principe deo. Qꝛ v̄o dr̄. Ecce vir oriens nomen eius ad idem referṫ ad qđ p̄mū.ſ.incarnationis myſteriū ſm̄ ꝙ exortū eſt in tenebris lumen rectis corde. ¶ Tertio filius dei ⁊ virginis cōuenienter vocatus eſt ieſus rōne annūciationis.qꝛ angelus gabriel vt ſcribitur Luce.i.ca.qui annūciauit virgini de filio naſcituro diuina ſecreta inter cetera ſibi dixit. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū ⁊ vocabis nomen eius ieſum. Et iterū cū apparuit ioſeph in ſomnis dixit ei de vxore pregnante vt dr̄ Matth.i.ca. Ioſeph ioſeph fili dauid noli timere.accipe mariā cōiugem tuā qđ eni in ea natū eſt de ſpū ſctō eſt. Ecce pariet filiū ⁊ vocabis nomen eius ieſum. Ipſe eni ſaluū faciet populū ſuū a pctīs eoꝝ. Deus igitur hoc nomen angelo reuelauit priuſq̄ ad virginē mitteret cū.qꝛ vt dicit Ambroſius. Illud nomen non vſurpauit ſibi angelus ſed audiuit a deo Sed plerique doceri cupiūt cū xp̄s dicaṫ filius dei.ieſus.⁊ xp̄s.que ſit inter hec noīa differentia. Quibus dicimus ꝙ filius dei vocaṫ inq̄ẜtū eſt deus de deo. Xp̄s inq̄ẜtū eſt homo a ꝑſona diuina quantū ad humanā naturā aſſūptus. Ieſus inq̄ẜtū eſt deꝰ humanitati vnitꝰ. Alexander v̄o de ales in.iij.dicit. ꝙ cū deus ⁊ homo vnus ſit xp̄s in vnitate ꝑſone pōt ſignificari ꝑſona xp̄i dupliciter. Uel ratione diuine nature in comparatione ad humanā ſm̄ quā dicit ieſus.i.ſaluator. verbo eni naturam humanā cōuenit ſaluare. Uel rōne humane nature ꝑ vnionē ad diuinā ⁊ ſic dicitur xp̄us.

¶ Secundū quod erat conſiderandū de hoc benedicto nomine ieſus. dicitur efficacia. Et licet multe ſint efficacie illius. nos tamen hic dumtaxat de tribus dicemus.

Prima eſt miraculorum operatio.
Secunda periculorum euaſio.
Tertia cordium conſolatio.

cōicat alterā ꝓprietatē. Tertio mō dř xp̄s me
dius inter deū ⁊ hoiem. ſ. q̄₃tū ad cōuenientiā
perſone eo ꝙ eius yppoſtaſis eſt in duabuſ na/

turis. Vñ dicit Damaſcenus. ꝙ eius ypoſta
ſis eſt ex duab⁹ naturis. qđ ſic exponit̄. id eſt i
duabus naturis ſubſiſtit. ſ. diuina ⁊ humana
nec mutat̄ diuina in humanā. nec ecōuerſo. ſ3
vtraqȝ in ſua pfectione remanet. Xp̄s ğ q̄tū
ad humanitatē pōt dici mediator dei ⁊ hoim
q2 licet q̄tū ad nā3 cōicet cū hoibus ſolū. rōe
tñ pſone cōicat cū deo. qm̄ pſona3 habet filij
dei nō perſonā creatā aut compoſitā. ſed eter
nā ⁊ ſimplicē. ¶ Scđo xp̄s mori voluit cruci/
fixus in aere rōe cōitatis. Quia ſicut aer oib⁹
eſt cōis ita eius paſſio. Nā paſſiones alioꝝ ſā
ctoꝝ fuerūt ꝓprie. Quia petrus paſſus eſt ꝓ
pter ſe. paulus propter ſe. ita ⁊ ceteri. Xp̄s vo
paſſus eſt cōiter propter oēs. Eius eni paſſio
fuit cōis illis qui ſūt in celo. i. angelis q2 ſunt
reparati. Illis qui ſunt in mūdo iſto q2 p ſua3
paſſionē ſunt ſaluati. Vñ ad Collocenſ. i. ca.
Aplus dic̄. Pacificans p ſanguinē crucis ei⁹
ſiue que in terris. i. hoies. ſiue que in celis ſunt
i. angelos. Fuit ēt cōis illis q erant in inferno
id eſt patribus inde liberatiſ. licet nō fuerit cō
munis demonibus ⁊ reliquis dānatis p diffi
nitiuā ſnīam q remanſerūt in ſuis ſupplicijs
deſolati. ¶ Tertio xp̄s mori voluit crucifixus
in aere rōne ſctitatis. vt aerē ſctificaret. San/
ctificauerat quidē terrā trigintatribus ānis
ſup eā ambulando. Sanctificauerat aquā in
ipſa ſe baptizari faciendo. Sctificaturus erat
ignē ſpm̄ ſctm̄ in ſpecie ignis mittendo. nō re
ſtabat niſi vt ſanctificaret aerē ñ ſub tecto ſ3
in ipſo moriendo. Ideo Criſoſto. in ſermone
de paſſiōe ait. In excelſo ligno ⁊ nō ſub tecto
paſſus eſt vt ēt ipſius aeris nā mūdaret̄. Sed
⁊ ipſa terra ſil'e bñficiū ſentiebat decurrentis
de latere ſanguis ſtillatōe mundata. ¶ Scđa
exaltatio crucis dr̄ ſingularis. Celebrat quidē
eccl'ia ſolēniter q̄tū ad officia feſtū exaltatōiſ
ſancte crucis. propter id qđ euenit Anno xp̄i
ſexcenteſimo qntodecio. Illo nanqȝ tp̄e pmit
tente dño ſuū pp'l'm flagellari p ſeuitiā paga/
noꝝ. Coſdroe rex perſarū m'lta regna ſuo im/
perio ſubiugauit. Hieruſalē āt veniens pte3
ſctē crucis quā ſctā helena ibi reliquerat tulit
ſecūqȝ aſportauit. Volens autem ab omibus
coli vt deuſ. turrim ex auro ⁊ argento ⁊ inter/
lucentibus gēmis fecit. Et ibide3 ſolis ⁊ lune
ac ſtellaꝝ imagines collocauit. p ſubtiles etiā
⁊ occl'tos ductus quaſi deus aquā deſup infū
debat. Et in ſubterraneo ſpecu equi q̄drigas
trahentes in circuitu ibant vt quaſi terrā mo
uerent ⁊ tonitruū ſimularēt. Filio ergo ſuo re
gno tradito in tali phano prophanus reſidet.
⁊ iuxta ſe crucem dñi collocās. appellari ſe ab
oibus deū iubet. Et ſicut legit̄ in libro mitra/
li de officio. Ipſe coſdroe in throno reſidens
tanqȝ pater lignū crucis ſibi a dextris poſuit
loco filij. ⁊ gallū a ſiniſtris loco ſpūs ſancti. ſe
vo patre3 voluit noiari. Tunc heraclius im/
perator exercitū copioſū collegit ⁊ cōtra filiū
coſdroe iuxta danubiū fluuiū dimicatur⁹ ad/
uenit. Tandē vtriſqȝ principibus placuit vt
ipſi ſup pontē ſoli certarēt. ⁊ qui victor extiſte
ret ipe ſine damno vtriuſqȝ exercit⁹ imperiū
retineret. Decretū etiā exijt vt quicūqȝ princi
pem ſuū iuuare preſumeret cruribus exciſis
⁊ brachijs in flumine mergeret̄. At heraclius
totū ſe deo obtulit. ⁊ ſe cruci ſctiſſime deuotō
ne qua potuit cōmendauit. Factū eſt autē vt
deo propitio heraclius victor euaderet. q cun
ctū exercitū inimicoꝝ ſue ptāti ſubegit. Coſ/
droe vo ignorabat exitū belli q2 cū ab oibus
odiret̄ ſibi a nemine intimat̄. Quare heracli⁹
ad eū puenit ⁊ in throno aureo eū ſedentē re/
piens. interrogauit an vellet ſacrū baptiſma
ſuſcipere. itaqȝ vitā cū regno parit̄ cōſeruare
Qđ cū ille acceptare noluiſſet ab heraclio eſt
decollatus. Filiū vo ſuū decem annoꝝ bapti
zari fecit ⁊ de ſcō fonte ipſū ſuſcipiens regnū
paternū ei dimiſit. Turrim vo illam deſtru/
ens argentum in predam ſui exercitus dedit
Aurū vo ⁊ gēmas ad reparandas eccleſias
quas tyrānus deſtruxerat reſeruauit. Sacrā
igit̄ crucē ſuſcipiens hieroſolymā reportauit
Cū āt de monte oliueti deſcendens per portā
qua dñs paſſurus trāſierat. in equo ſuo regio
⁊ ornamentis imperialibus ingredi vellet. re
pente lapides porte deſcenderūt ⁊ inuice3 q̄ſi
eſſet vnus paries ſe clauſerūt. Sup quo cun/
ctis ſtupentibus. angelus dñi ſignū crucis in
manibus tenens. ſup portā apparuit dicens.
Cū rex celoꝝ per hanc portā ad paſſionē in/
traret nō cultu regio. ſed humili aſello ingre/
diens humilitatis exemplū ſuis cultorib⁹ de/
reliquit. his dictis angelus abſceſſit. Tūc im/
perator ſe vſqȝ ad camiſiā exuit. depoſuitqȝ
calciamenta crucēqȝ dñi cū lachrymis accipi/
ens vſqȝ ad portā baiulauit. moxqȝ porta cun
ctis patuit redeuntibus lapidibuſ ad priſtina
loca diuina virtute. Rex aūt deuotiſſimus in
has crucis laudes prupit. O crux ſplendidior
cunctis aſtris. mūdi celebris. hoibus multum

amabilis. ſanctior vniuerſis. que ſola fuiſti di gna portare talentū mūdi dulce lignū dulces clauos dulcia ferens pondera ſalua preſentē cateruā in tuis hodie laudibus cōgregatam. Sicqꝫ precioſa crux in ſuo loco reſtituit. ⁊ antiqua miracula renouant. Mortuus quidam vite reſtituit. paralitici quattuor curant. Leproſi decem mūdant. Quindecim ceci illuminant. Demones effugant. plurimiqꝫ a varijs languorib⁹ liberant. Et ita imperator eccleſias reparans. ⁊ regijs muneribus dotans ad propria remeauit. ¶ Tertia exaltatio crucis dr̄ generalis. Erit quippe crux in die iudicij exaltata. qꝛ vt cantat eccleſia. Hoc ſignū crucis erit in celo cū dn̄s ad iudicandū venerit. Et vt ex dictis Criſoſtomi colligi pōt. Crux in qua ſaluator nr̄ pependit miraculoſe reparabit ⁊ apparebit ſole lucentior. Ipſa inſup ſigna cruc in corpore xp̄i videbunt ab oībus q̄ i manib⁹ eius pedibus ⁊ latere ideo ſeruata ſunt vt in ꝑpetuū ſue victorie xp̄s ferret triūphū. Tunc vt ait Hiero⁹ ad heliodorū de cōtemptu mūdi. Tu ruſticanus exultabis ac dices. Ecce crucifixus deus meus. Ecce q obuolutus pannis in preſepio vagijt. hic eſt operarij ac q̄ſtuarie filius. hic demoniū hn̄s ⁊ ſamarites. hic veſtitus coccino. hic ſentibus coronat⁹. Cerne manus iudee q̄s fixeras. vide latus romane qd̄ foderas. videte corpus an idem ſit quod dicebatis clam nocte ſuſtuliſſe diſcipulos.

¶ Qualiter adoranda eſt crux in qua xp̄s pependit. ⁊ alie cruces in quibus non pependit. Capitulum. iij.

Ertiū myſteriū contemplandū de cruce xp̄i dr̄ adorationis. In quo aperire debemus vtrū cultus latrie ſit exhibend⁹ cruci xp̄i Ad qd̄ rn̄det Bonauen. in. iij. di. x. Qꝫ hic eſt multiplex mod⁹ dicendi. Quidā eni tenent qꝫ ipſi cruci debet honor qui dr̄ yperdulia. Et rō huius eſt qꝛ ipſa crux fuit inſtrumentū totius redēptionis humane. In ipſa eni ſalus ⁊ redēptio totius humani generis eſt facta. ⁊ iō oēs hoies dn̄t ei eſſe ſubiecti ſubiectione notabili ⁊ ſpeciali. ⁊ ꝓpterea dicunt debere adorari eā excellentiori adoratione q̄ꝫ ſit dulia que debet rationali creature. Quia tamē crux iſta nec ē deus nec ipi diuinitati aliquid vnitū. ideo nō eſt ei cultus latrie exhibendus propter hoc qꝫ tenet mediū inter latriam ⁊ duliam. adoratio crucis vt dicat yperdulia. Sed qm̄ adoratio ſicut allocutio videt eſſe ſolūmō inter res rōe capaces. Adoratio eni quedā orō eſt ad aliqd ordinatū. vn̄ adorare ē ad aliqd orare. crux āt xp̄i caret oino rōne. Ideo alij dixerūt eam nō eſſe adorādā. nec inq̄ꝫtū in ea adorat xp̄s. nec aliqua eſt ei reuerentia exhibenda honoris niſi rōne crucifixi. ſicut nec imagini rōne imaginati. Et ideo dixerunt qꝫ cruci xp̄i eſt cultus latrie exhibendus. ⁊ nullus alius nec dulie nec yperdulie. Rē eni inſenſibilē ſtultū eſt honorare cū pro indifferenti habeat honorē ⁊ vituperiū. Et hoc innuūt confirmare per Damaſcenum in ca. de imaginibus vbi dicit. Qꝫ nō crucem adoramus ſed tipum. i. figurationem Et ſic nō videt qꝫ crux adoret inq̄ꝫtum eſt res aliqua ſed inq̄ꝫtum eſt ſignū. Verūtn̄ ſi conſideremus verba Damaſceni in ca. de cruce videtur. Qꝫ nō ſolūmodo cruci xp̄i prout eſt ſignū ſiue inq̄ꝫtū tipus eſt. ſed in rōne materie exhibenda ſit reuerentia qꝛ non ſolum eſt veneranda figura ſed etiam verum lignū crucis in quo dn̄s pependit. In alijs xo crucib⁹ veneranda eſt ſolū figura non materia. Ait eni ſic. Ipſum quidē precioſū lignū crucis venerabile in quo ſeipſum pro nobis xp̄us obtulit vt ſāctificatū tactu corporis ⁊ ſanguinis decenter eſt adorandū. Et poſt. Si autē ex alia materia facta eſt. non materiā adoramus abſit ſed tipum. vnde ſi aurū ⁊ precioſi lapides fuerint poſt tipi diſſolutionē non ſunt adorāda. Ex quo colligit qꝫ aliq̄ ſit ipſi cruci reuerētia exhibēda excepta adoratōe latrie. Et hui⁹ ſignū eſt qꝛ eccleſia ſolēniꝫat in cruc iuentiōe ⁊ exaltatione ſicut in feſtiuitatibus ſctōꝝ. Et ideo neuter predictorum modoꝝ videt ſufficiens. Propterea dicendū qꝫ duplici modo exhibet alicui honor. Aut in obſequiū reuerentie. Et iſte eſt honor venerationis. Aut in teſtimoniū virtutis ⁊ cōplacentie famulatū. Et iſte eſt honor adorationis. vterqꝫ āt iſtoꝝ honorū offert cruci. Nā crucem adoramus ⁊ cruceꝫ veneramur. Sed in hoc eſt dr̄a. Qꝫ honor veneratōis exhibet ipſi cruci tanq̄ꝫ inſtrumēto nr̄e ſalutis. vn̄ ſicut exhibemus reuerentiā ſacris. qꝛ eſt in eis aliq̄ mō nr̄e ſalutis cauſalitas. Sic cruci xp̄i ⁊ clauis eius aliq̄ reuerentia eſt exhibenda. Et reſpectu iſtius honoris hꝫ crux in ſe aliqd ꝑꝑ qd̄ dꝫ honorari. Honor āt adoratōis offert ipſi cruci rōne crucifixi. Nemo eni intendit ei placere vel aliqd impetrare ab ea. ſed ei qui in ea affixus fuit. Et ſic nō debetur ei niſi adoratio latrie. Sic igit cruci xp̄i

duplex honor debet. et vnus est latrie. Alius xpo n̄ dz dici nec latria neqz dulia. q2 n̄ est spe/ cies adorationis. sed vocari pōt honor vene/ rationis. hec Bonauen Multa itaqz sūt cru cis preconia pp que a cunctis fidelib9 crux ve nerabilis est colenda. q2 hec est scala p quā pa tet electis aditus ad regna celorum. in quo viuit et regnat in ppetuū xps filius dei qui sit in secula benedictus. Amen.

¶ Sermo quintusdecimus de amore xpi ex/ hibitus humano generi qui exprimit᷑ mystice in euangelio samaritane.

# Hic est uere saluator

mūdi. Scribunt᷑ hec v̄ba Joānis iiij. ca. Que descripsit euangelista de benignitate miranda saluatoris nr̄i iesu xp̄i exhibita mulieri samaritane. gra/ ta iocūdissimaqz debent esse fidelibus cūctis qm̄ in illis mystice ac spūaliter designat᷑ amor ardentissimus quē saluator nr̄ dignat9 est hu mano generi demōstrare. Q ia equidē q̄ fecit quecqz dixit ab vtero virginis vsqz ad patibu lū cruc' ad salutē hoim ordinauit. Propterea nanqz deus factus est hō vt perditū hoiem re dimeret atqz ad regna celestia reuocaret. ꝓcu rauit āt q̄ztum in se fuit nō solū mulieris sa/ maritane sed insup oim qui sibi adherere vo/ lunt hereditatē incorruptā imarcessibilē et in/ cōtaminatā in celis. Quapropter vt ista deuo tius attentiusqz cōtemplari possimus. in pre/ senti sermōe pcurremus historiā samaritane sub titulo de amore xp̄i erga humanū genus qō sua beniuolētia charitateqz reparauit. sic verba ꝓposita dicūt. hic est vere saluator mū di. In qb9 tres amores distinguere possum9.

Primus dr̄ amor peregrinans.

Secundus amor manifestans.

Tertius amor confortans.

¶ Qualit᷑ xp̄s peregrinando in pauptate et pe nalitate quesiuit hoiem lapsū. Capitulum. i.

Rimus amor xp̄i hoi lapso monstratus dr̄ peregrinans. Voluit nāqz peregrinā do et discurrēdo q̄rere oues errātes. qō notat᷑ in p̄ncipio euāgelij siue i prima pte. Dr̄ nāqz ibi. Venit iesus i ciuitatē samarie q̄ dr̄ sichar Est āt Samaria vt inqt Bedda insignis pa/ lestine ꝓuincie ciuitas adeo vt tota regio ei' so ciata samaria dicat᷑. De hac insup ita dic̄ Isi/ dorus. xiiij. li. ethimologiarū. Samaria regio palestine ab oppido quodā nomē accepit qō vocabat᷑ samaria. ciuitas quondaz regalis in israel. q̄ nūc ab augusti noie sebastia nūcupat᷑. hec regio int᷑ iudeā et galileā media iacet. Ciui tas ergo sichar erat in illa regione q̄ antiquit9 dicebat᷑ sichem vt pz Genes. xxxiij. ca. Jō ait Crisosto9. locus ille erat vbi ꝓ Dina Simeō et leui grauē occisionē fecerūt. Sequit᷑ Joānes in euangelio iuxta p̄diū qō dedit iacob ioseph filio suo. Dicit Nicholaus d lira. ꝙ iacob ve niens de mesopotamia emit agrū ab emor p̄n cipe Sichez et ibi ad tps habitauit iuxta vrbē Sed pp raptū Dine occisi sūt habitatores il/ li9 ciuitatis. et sic cessat in possessiōe eius. et illū locū dedit ioseph. Vn̄ Genes. xlviij. ca. dixit iacob. do tibi partē vnā extra fr̄es tuos quam tuli de manu amorre i gladio et arcu meo. Am pliauerat iacob agrū quē emit addens et cōui cinas possessiones iusto bello quesitas. Ibi āt erat fons iacob. s. pute9 quē effodi iacob fece/ rat. Dicit nāqz Aug9 in omelia p̄ntis lectōis Q is puteus fons. sed nō ois fons pute9. vbi eni aqua de terra manat et vsū prebet hauriē/ tib9 fons dr̄. Sed si in promptu et supficie sit fons tm̄ dr̄. Si aūt in alto et in ꝓfundo sit ita puteus vocat᷑ vt nomē fontis non admittat. In hoc loco sic ait Theophilus. Ex cōmemo ratōne fontis et predij edocemur ꝙ ea q̄ patri arche ꝓpter fidē quā in deo habebant adepti sunt iudei pp impietatē eoꝝ pdiderūt. et eorū loca gētibus tradita sunt. Fatigat9 ergo iesus q2 hora erat quasi sexta sedebat sic sup fontez discipuli āt ierāt in ciuitatē vt cibos emerēt Sessio illa vt Crisosto. dicit pp laborē facta ē et vt expectaret discipulos. et ꝓpter estū refri/ gerans corpus apud fontē. dū sic sederet ve/ nit mulier de samaria haurire aquā. ꝭm Ni/ cholaū de lira. Samaria nō est hic nomē ciui tatis. sed gentis vel regiōis. q2 illa mulier erat de ciuitate sichem q̄ tunc erat metropolis sa/ maritanoꝝ. vt dicit Josephus. xi. antiquita/ tū libro. Dixit iesus illi mlr̄i. da mihi bibere Rn̄dit illa. Quō tu cū iudeus sis a me bibere poscis que sū mulier samaritana. Refert Cri sosto. Judeū eū extimauit a figura et locutiōe Nicho. v̄o de lira dicit. ꝙ cognouit eū esse iu deū p habitū quē portabat. q2 sicut erāt iudei distincti ab alijs in cultu dei et in circūcisione ita et in veste. Quare v̄o iudei abominabant᷑ samaritanos multiplex ratio assignari potest Et prima ꝭm Crisosto. q2 samaritani solū ea que moysi sūt suscipiētes. ꝓphetaꝝ nō multā

curã habebant. Scða qꝛ ſamaritani colebant
deũ ⁊ ydola ⁊ errabant dicẽtes deũ eſſe coꝛpꝰ
Tertia rõ ſꝫ Nicho. de lira. qꝛ ſamaritani mo
leſtias multas intulerũt iudeis in reedificatõ
ne templi ⁊ ciuitatis. vt pꝫ Heſdre. i. ca. Sed
in hac pte lr̃a euãgelij dimiſſa ad ꝑegrinantẽ
illũ oculos mentis nr̃e vertamus. Ipſe vtiqꝫ
deus incarnatus peregrinando ⁊ diſcurrẽdo
aias nr̃as vt paſtoꝛ ſollicitiſſimꝰ ꝑquiſiuit. ha
buit ãt peregrinatio ſua tres cõditiones.
Prima fuit conditio penalitatis.
Secunda paupertatis.
Tertia diuturnitatis.
¶ Prima fuit conditio penalitatis: Volũta
rie quippe languoꝛes nr̃os tulit doloꝛeſqꝫ poꝛ
tauit. Quiſnam enarrare ſufficiat laboꝛes xp̃i
quos tulit vigilando. oꝛando ꝓ pctis ⁊ ingra
titudine hoim. ſepiſſime lugendo. ambulãdo.
pꝛedicãdo. ieiunãdo ⁊ tandẽ paſſionẽ acerbiſ-
ſimã ſuſtinẽdo. Expgiſcere fidelis aia ⁊ intue
re regẽ celoꝝ ⁊ dñm nõ ſolũ hac vice defatiga
tũ ⁊ ſedentẽ ſup fontẽ. Sed fatigatũ in pꝛeſe-
pio anguſto. fatigatũ i bꝛachijs maternis dũ
fugit herodẽ. fatigatũ in egypto. fatigatuꝫ in
ieiunio. fatigatũ in orõne. fatigatũ in ſudoꝛe
ſanguineo. fatigatũ ſub pedibus capientium
illũ. fatigatũ in vinculis. fatigatũ in illuſioni-
bus. fatigatũ in ſputis ⁊ fetidis oſculis. fati-
gatũ in colũna. fatigatũ i cruce. O dura mẽs
hoim. O duricies coꝛdiũ nr̃oꝝ. fatigatꝛ xp̃s ex
amoꝛe. patitꝛ ex amoꝛe. effũdit ſãguinẽ ex amo
re. Moꝛitꝛ ex amoꝛe. ⁊ nos eũ qui nos tantum
diligit diligere nolumus. Propterea Augꝰ i
libꝛo ꝯ qnqꝫ hereſes. inducit xp̃m ita ad hoieꝫ
ingratũ loquentẽ. Cũ eſſes inimicuſ pr̃is mei
recõciliaui te. Cũ inter mõtes ⁊ ſiluas errares
queſiui te. humeris meis poꝛtaui te. laboꝛaui.
ſudaui. caput meũ ſpinis oppoſui. manus me
as ⁊ pedes clauis obieci. vt te mihi copulareꝫ
⁊ tu diuideris a me. ¶ Scða conditio peregri
natiõis xp̃i fuit paupꝛtatis. dũ eni in hac vita
manſit pauperem vitã geſſit. Ex quo dicebat
Matthei. viij. ca. Vulpes foueas hñt ⁊ volu-
cres celi nidos filius ãt hois nõ hꝫ vbi caput
ſuũ reclinet. Notãdũ tñ ꝙ qñqꝫ hr̃e voluit cũ
aplĩs aliqd in cõi qđ colligitꝛ ex euangelio. vbi
dr̃ diſcipuli aũt abierant in ciuitatẽ vt cibos
emerẽt. Sed pp hoc dicit Augꝰ. xij. q. i. in ca.
habebat. habebat dñs loculos a fidelibꝰ obla
ta cõſeruans ⁊ ſuoꝝ neceſſitatibꝰ ⁊ alijs indi
gentibus tribuebat. Et ſup ps. Cui idẽ Augꝰ
inquit. Habuit dñs loculos ſicut dictũ eſt de
quibuſdã religioſis feminis ꝙ miniſtrabant
ei de ſua ſubſtantia futuruſ erat paulus nihil
tale aliqñ querens ⁊ oia ꝓuincialibus donãs
Sed qꝛ multi infirmi iſta queſituri erant. ma
gis infirmoꝝ pſonaꝫ ſuſcepit Xp̃s. ſublimiꝰ
paulus. nunqd ⁊ xp̃o ſublimius. xp̃s qꝛ miſeri
coꝛdius. Cũ eni videret paulũ iſta nõ eſſe que
ſiturũ. ꝓuidit ne dãnaret queſiturũ ⁊ pꝛebuit
exemplũ infirmo. hec ille. Et licet ita eſſe fir-
miter ſit tenendũ nihilominus paupertatem
ſemp verbo ⁊ exemplo ſublimit cõmendauit
¶ Tertia conditio peregrinatiõis xp̃i dr̃ diu
turnitas. Triginta eteni tribus annis multi-
pliciter patiendo vt pꝛedictũ eſt. aias nr̃as er
rabundas queſiuit. Nec ardoꝛ huiuſcemodi
ſitis de aiabus inueniendis vllo vnqꝫ tpe po
tuit i eo extingui. Sitio dixit Samaritane da
mihi bibere. Sitio inſup clamauit i cruce. Si-
tiebat vtiqꝫ nr̃am salutẽ. O ieſu bñdicte. O
fili dei altiſſimi. tu ſitis ſalutẽ noſtram ⁊ nos
totis viribus illam recuſamus. Tu pꝛeciũ tui
ſanguinis ꝓ debito nr̃o ſoluis. ⁊ nos illud cõ
tẽnimꝰ. Tu pie dolens in cruce clamãs Sitio
Sitio Sitio. ⁊ nos obaudimꝰ. Et q̃ eſt nr̃a in-
gratitudo? que ptinacia? queue ſeuitia? Aucto
rem vite audire nolumus qꝛ malicia nr̃a nos
excecauit. diximus de amoꝛe peregrinante.

¶ Qualiter xp̃s ex amoꝛe manifeſtauit homi
ni veritatem ſũmi boni. falſitatem mundi. ⁊
ſublimitatem dei. Capitulum. ij.

Ecũdꝰ amoꝛ xp̃i generi hũano exhibitꝰ
dr̃ manifeſtans. Manifeſtauit quidem
multa ſamaritane. q̃ inſup oibus nobis fecit
ac voluit eſſe nota. ⁊ pꝛecipue tria.
Primũ eſt ſũmi boni veritas.
Scðm eſt mundi falſitas.
Tertiũ eſt dei ſublimitas.
¶ Primũ qđ manifeſtauit ieſus eſt ſũmi bo-
ni veritas. Errabat quippe mũdus varijs di
uerſiſqꝫ opiniõibꝰ circa ſũmũ bonũ. nec inter
phos inuentus eſt qſpiaꝫ q ſuo ingenio illud
valeret attingere. Quinimo cuꝫ de illo varia
fuiſſent locuti. tãdẽ abſqꝫ imoꝛtalitate conclu
debant hoieꝫ fieri poſſe btm̃. Ideo inquit La
ctantius in. iij. li. diuina. inſti. ꝯ tales. Sũmuꝫ
bonũ qđ btm̃ facit nõ põt eſſe niſi in ea religi
one atqꝫ doctrina cui ſpes imoꝛtalitatis adiũ
cta eſt. hec ille. Quiſnã btm̃ cenſeat eũ qui vel
voluptate ai ſiue coꝛpoꝛis oblectꝛ. vel igenio
⁊ ſcia polleat. vl' honeſtate niteſcat. vl' diuitijſ

affluat. vel glĩa tpali ꝑfulgeat. ⁊ hmõi. cũ oĩa iſta velociſſime tranſeant atqꝫ deficiãt. Propterea xp̃s dicebat. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei non ſitiet in eternũ. ſed fiet in eo fons aque ſalientis in vitã eternã. Aqua xp̃i eſt dei gr̃a qua mediante acquirit̃ eterna vita Apparet itaqꝫ ꝙ ſũmũ bonũ eſſe non põt vbi eternitas deeſt. Hanc aũt eternitatẽ xp̃s preconizauit cũ dixit Joãniſ. iij. ca. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret vt oĩs qui credit in illũ ñ pereat ſed habeat vitã eternã. Et iterũ. vi. ca. Hec eſt voluntas pr̃iſ mei qui miſit me vt oĩs qui videt filiũ ⁊ credit in eum non pereat ſed habeat vitam eternã. Et. x. ca. Oues mee vocẽ meã audiũt ⁊ ego do eiſ vitã eternã. Et Matth. xix. ca. Oĩs qui reliquerit domũ aut agros ⁊c̃. ꝓpter nomen meũ centuplũ accipiet ⁊ vitã eternã poſſidebit. Et. xxv. ca. Ibunt hi in ignẽ eternũ. iuſti aũt in vitam eternã. ¶ Secũdũ qd̾ mãifeſtauit ieſuſ eſt mũdi falſitas. dũ dixit. Oĩs qui biberit ex hac aq̃ ſitiet iterũ. In hoc ſiquidẽ decipit mũdus dilectores ſuos ꝙ dũ deſiderata bona tpalia largitur. nunq̃ꝫ tñ aium ſatiare mentẽqꝫ quietare põt. Hinc Hiero⁹ ad demetriadẽ virginẽ ita pulchre dicebat. Diuitiaꝝ amor inſatiabilis eſt. expleri neſcit. bonoꝝ cupido celerẽ rei habiture finẽ ſine fine querunt̃. Nõ ab re igit̃ xp̃s dicebat ſamaritane. O ſi ſcires donũ dei ⁊ quis eſt qui dicit da mihi bibere. forſan ⁊ tu petiſſes ab eo ⁊c̃. qꝛ xp̃s ieſus paratus eſt benigne gr̃am ſuã concedere oĩbus illã poſtulãtibus. Sed mortales miſeri qñqꝫ cũ deo contendere nõ erubeſcunt. Cur inquiũt quos dãnandos preſciuit creare voluit. Cur nõ omẽs anteq̃ꝫ peccarent in gr̃a ſua confirmatos impeccabiles reddidit. Cur hoĩ peccare volenti impedimentũ nõ preſtat ⁊ ſimilia. Quib⁹ cõſulimus iſta nõ eſſe querenda. cũ bonus deus oĩa bñfecerit. ſed tñ conſideremus. ꝙ quiſqꝫ ille ſit qui ſaluari velit ⁊ gratiã dei deſiderat nunq̃ꝫ ſibi denegat̃. Nolunt gr̃am dei q tpaliũ bonoꝝ amore decepti in illoꝝ fragili breuiqꝫ vſu btõs ſe putant. Non ꝑcipiũt hi ea q̃ dei ſũt. Quinimo inflãmauere indies ad terrena iſta ⁊ tranſitoria bona ꝯcupiſcẽda. Hoc myſtice apparet in ſamaritana. q̃ dũ audiſſet a xp̃o cõditionẽ aq̃ ſp̃ualis corpalẽ aquã intelligebat ⁊ affectabat. Aiebat eñi. dñe da mihi hãc aquã vt nõ ſitiã neqꝫ veniã huc haurire. Vbi dicit Aug⁹. Adhuc iſta mulier carnẽ ſapit. delectata eſt nõ ſitire. ⁊ putabat h̾ ſm carnẽ a dño ſibi eſſe ꝓmiſſũ. Dederat eñi de⁹ aliqñ ſeruo ſuo helie vt ꝑ quadraginta dies nec eſuriret nec ſitiret. Qui hoc potuit dare ꝑ q̄draginta dies ñ poterit dare ſp̃. Delectata ḡ tali mũere rogat vt ei aquã viuã daret. Dixit aũt ieſus illi. Voca virũ tuũ. i. ſm Auguſti. preſenta intellectũ tuũ. ſed lr̃aliter intelligendo hoc dicebat xp̃s vt declararet ſibi turpitudinẽ ſuã. Nã cũ illa dixiſſet ſe virũ nõ habere. xp̃s illã benigne redarguit reuelando ſibi ꝙ qnqꝫ viros habuiſſet. poſt quoꝝ mortem ſucceſſiue adulteriũ accepiſſet. ¶ Tertiũ qd̾ xp̃s manifeſtauit eſt dei ſublimitas. qꝛ nõ ẽ ipſe dñs oĩm aliquid corporeũ ⁊ vile vt falſo eſtimarũt pleriqꝫ. de quibus dixi in primo ſermone huius operis. Propterea cõfundit̃ ſtulticia gentiũ que poſt idola cucurrerunt. ⁊ ineptia illorum qui vel hoĩes vel aĩalia vl̾ celeſtia corpa deos eſſe dixerũt. Audiant hi oẽs xp̃m ſamaritane loquentẽ. Illa nãqꝫ vt Criſoſto. ait. A xp̃o reprehenſa non contriſtata eſt. neqꝫ dimittens fugit ſed admirat̃ magis ⁊ immorat̃. dixitqꝫ xp̃o. dñe vt video propheta es tu. patres nr̃i in monte hoc adorauerunt. ⁊ vos dicitis qꝛ hieroſolymis eſt loc⁹ vbi adorare oportet. iudei quippe dicebant ꝙ nõ licebat orare niſi in tẽplo a Salomone cõſtructo. Samaritani vo aſſerebant eſſe orandũ in monte ſamarie. ſm Nicholaũ d̾ lira. Ille erat mons garizim in q̊ filij iſrael bñdixerũt deũ qñ intrauerũt terrã ꝓmiſſionis. Et vocabant ſamaritani Jacob ⁊ patriarchas pr̃es ſuos. ſiue qꝛ ipſi legẽ moyſi tenebant. ſiue qꝛ iacob ⁊ filij eius in partib⁹ illis habitauerũt. ſiue qꝛ ille mons ex hereditate iacob ad eos ꝑuenerat. Rñdit itaqꝫ ieſuſ mulieri. Crede mihi qꝛ veniet hora qñ neqꝫ in monte hoc neqꝫ in hieroſolymis adorabitis pr̃em vos adoratis qd̾ neſcitis. nos adoram⁹ qd̾ ſcimus. qꝛ ſalus ex iudeis eſt. Dicit Criſo. Samaritani quidẽ qd̾ neſciebant adorabant qm̃ localẽ ⁊ corporalẽ eſtimabant deũ nihil de eo plus imaginantẽ q̃ꝫ d̾ ydoliſ. ⁊ iccirco cultũ dei cum cultu demonũ miſcuerũt. Subdidit xp̃s. Sed venit hora ⁊ nunc eſt qñ veri adoratores adorabũt pr̃em in ſpũ ⁊ veritate. nam ⁊ pr̃ tales querit qui adorent eũ. Spũs eſt deus ⁊ eos qui adorãt eũ in ſpũ ⁊ veritate adorare oportet. Nõ placuit mulieri ſnĩa xp̃i. voluiſſ eñi ꝙ xp̃s diceret in monte illo eſſe orandum. Et ꝓpterea dixit. ſcio qꝛ meſſias veniet q dr̃

xp̄s.cū ergo venerit ille nobis annūciabit oīa
Dicit ei ieſus.Ego ſū qui loqnoꝛ tecū.Et con
tinuo venerūt diſcipuli eius ⁊ mirabanť ꝙ cū
mľiere loquebať xp̄s. Admirabanť inquit ſic
ꝑ abundantē xp̄i manſuetudinē ⁊ humilitatē
qm̄ ita ꝑſpicuus exiſtens ſuſtinuit loqui cum
tāta benignitate mulieri inopi ⁊ ſamaritane.
Relicta ꝟo ydria ſua abijt feſtina mulier in
ciuitatē dicens. Venite ⁊ videte hoīez qui di
xit mihi oīa q̄ feci.nunqd ipſe eſt xp̄s? Quare
multi de ciuitate venerunt ad illū audientes
q̄ ſamaritana referebat. Nā vt dicit Nicho.
de lira.Samaritani erāt in ſuſpenſo de aduē/
tu xp̄i de ꝓximo.tum ꝑꝑ impletionē tp̄is.tūz
ꝑꝑ pꝛedicationē ioānis cuius pꝛedicatio tunc
erat famoſa ⁊ de xp̄o ꝓclamata. Ideo facilꝰ
crediderunt verbo mulieris.

¶ Qualiter xp̄s ex amoꝛe confoꝛtauit diſcipu
los vt pꝛedicarent. Capitulum.iij.

Ertius amoꝛ xp̄i generi humāo exhibi/
tus dr̄ confoꝛtans.Confoꝛtauit ſiquidē
diſcipulos vt pꝛo ſalute hoīm pꝛedicarēt.Et
vt eoꝛuz pꝛedicatio efficax fructuoſaqꝫ habe
retur.tripliciter illam docuit exercendam.
Pꝛimo feruenter.
Secundo letanter.
Tertio perſeueranter.

¶ Pꝛimo docuit diſcipulos pꝛedicare feruē
ter cū deſiderio.ſ.ſalutis ꝓximi.nā de illa ma
gis dꝫ eſſe pꝛedicatoꝛ ſollicitus q̄ꝫ de pꝛopꝛia
coꝛpoꝛali neceſſitate.Hinc eſt ꝙ cū tp̄s inſta/
ret comedēdi voluit benignus ieſus differre
vt intenderet p̄dicationi.dans exemplū alijs
ſiľiter faciendi.Et hꝰ ē qꝺ dr̄ in euangelio.In/
terea.i.anteq̄ꝫ veniſſent ſamaritani rogabāt
eū diſcipuli eius dicentes. Rabbi manduca.
Ille āt dixit eis.Ego aliū cibū habeo mandu
care quē vos neſcitis. Hic Theophilus ait.
Dn̄s ſciens ꝙ ſamaritana totā ciuitatem ad
eū attraheret hoc diſcipľis ſignificauit dicēs
Ego cibū habeo manducare quē vos neſcitis
Et Criſoſto. hoīm ſalutē hic cibum vocauit.
oſtendens q̄ꝫtū deſideriū hꝫ nr̄e ſalutis.Dice
bant ergo diſcipuli adinuicē.Nunqd aliquis
attulit ei manducare? Rudes adhuc erāt ⁊ ꝺ
cibo coꝛꝑali putabant xp̄m loqui.At ipſe ſub
didit.Meus cibus ē vt faciā voluntatē eiuſ q
miſit me.ſ.vt ꝑficiā opus eius vt pꝛedicando
ſamaritanos cōuertā ⁊ in cruce moꝛiendo ac
meū ſanguinē fundendo.ꝓ pctīs hoīm ſatiſ/
faciā.O ſi videremuſ xp̄m labia ſua dulcioꝛa
ſuꝑ mel ⁊ fauū aperiētē.audiremuſq̄ꝫ ſuauiſ/
ſimā vocē eius dicentē.Meus cibus eſt vt fa
ciā voluntatē pr̄is mei q miſit me. pieqꝫ con/
ſiderare vellemus ardoꝛē ſui coꝛdis q̊ feruen/
tiſſime nr̄aꝫ ſalutē exoptatꝭ vtiqꝫ viſcera nr̄a
cōmouerenť.Quꝺ ſi nō fieret durioꝛes petris
imanioꝛeſ beluis ⁊ indomitꝭ feris crudelioꝛeſ
merito cenſendi erimꝰ. Dicebat ergo diſcipu
lis expoſt. Nōne vos dicitis ꝙ adhuc q̄ttuoꝛ
menſes ſunt ⁊ meſſis venit. quaſi dicat licet
tp̄s meſſis coꝛpoꝛalis adhuc diſtet.tn̄ tempus
meſſis ſp̄ualis inſtat.Diciť āt meſſis collectō
frugū.⁊ ad ſiľitudinē huius meſſis ſp̄ualiter
dr̄ vocatio hoīm ad fidē.ꝑ quā cōgregabunť
hoīes in dn̄i hoꝛreū. Vn̄ ſequiť.Ecce dico vo
bis leuate oculos vr̄os ⁊ videte regiōes q2 iā
albe ſunt ad meſſem.hoc dicebat ꝑꝑ ſamarita
nos venientes ad ipſū iā diſpoſitos ad credē/
dū.¶ Scꝺo docuit diſcipulos pꝛedicare letan
ter vt.ſ.cōſideratione pꝛemij nō euitarent p̄/
dicandi laboꝛes.Sicut eni ſamaritani iā erāt
diſpoſiti ad credendū ꝑ pꝛedicationē xp̄i. ita
etiā xp̄s videbat multitudinē gentiū ꝑ totuꝫ
mūdū cito cōgregandā in hoꝛreū eccleſie ꝑ p̄/
dicationē apoſtoloꝝ.ex qua pꝛedicatione me/
ruerunt pꝛemiuꝫ eterne vite.Et hoc eſt ꝙ dr̄.
Et qui metit mercedeꝫ accipit. in pn̄ti eni eſt
pꝛima meſſis ꝑ quā hoīes adducunť ad fidē.⁊
in hac meſſe meſſoꝛes fuerūt apľi. Vltia ꝟo
meſſis erit in iudicio qn̄ colligenť fideles ītra
hoꝛreū gľie.⁊ tunc meſſoꝛeſ erūt angeli.Et iꝺ
ſequiť.Qui cōgregat fructū.i.multitudinē fi
deliū reponendā in vitā eternā.q2 pacto iudi
cio reponenť in hoꝛreo gľie ꝑ miſteriū angelo
rū.Et q2 xp̄s locutꝰ eſt de meſſe ſp̄uali ꝑ ſiľitu
dinē meſſis coꝛpoꝛalis.iꝺ oſtēdit in q̊ eſt ſiľis
⁊ in quo diſſimilis. Ad cuius intellectū ſciēdū
ꝙ apud iudeos erat ꝓuerbiū de hoc ꝙ qn̄ ali/
quis multū laboꝛabat in re aliqua ⁊ alius re/
poꝛtabat fructū dicebať ꝓuerbialiter. Vnus
ſeminat ⁊ alius metit.quaſi diceret. vnus la/
boꝛat ⁊ alius gaudet.Et ſic aliquando contin
git de meſſe coꝛpoꝛali. que ab vno aliquando
ſeminatur.⁊ ab eius hoſte irruente colligitur.
De meſſe ꝟo ſp̄uali ſic eſt. ꝙ alij ſeminaue/
runt ⁊ alij meſſuerunt.q2 patriarche ⁊ ꝓphe/
te antiqui ſeminauerunt pꝛima ſemina fidei
ſed apoſtoli meſſuerūt.inq̄ꝫtū populū ad per/
fectionē fidei reduxerunt. Verūtn̄ vterqꝫ re/
poꝛtat gaudium. q2 tam pꝛophete antiqui q̄ꝫ
etiā apľi ꝑꝑ merituꝫ laboꝛis ſui recepti ſunt

ad celeſte gaudiū. Et in hoc nō tenet ꝓuerbiū de meſſe corporali de qua nō gaudet ſeminās ſi ab alio metat̄. Et hoc ē qđ dr̄ vt ⁊ qui ſeminat ſiľ gaudeat ⁊ qui metit. ſ. ꝓphete ⁊ apľi. i hoc eni vebo verū eſt. i. prouerbiū eccleſie pro tanto hꝫ locū in propoſito. qꝛ alius eſt qui ſeminat. ſ. patriarche ⁊ prophete. ⁊ alius eſt qui metit. ſ. apľi. Ideo ſequit̄. Ego miſi vos metere. i. ad ꝑfectionē fidei adducere. qđ vos nō laboraſtis ꝓphete eni ⁊ patriarche multū laborauerūt in denūciando aduentū xpi ⁊ arguendo infidelitatē ppľi. propterea ſubdit̄. Alij laborauerūt ⁊ vos in labores eoꝝ introiſtis. qꝛ ſ. ꝓphetias ab aliis ꝓnunciatas predicabitis

¶ Tertio docuit xp̄s diſcipulos predicare ꝑſeueranter. qꝛ manſit ipſe cū ſamaritanis duos dies. Dicit̄ nāqꝫ in euangelio. Ex ciuitate āt illa. ſ. Sichar multi crediderūt in eū ſamaritanoꝝ ꝓpter verbū mulieris teſtimoniū ꝑhibētis qꝛ dixit mihi oia quecūqꝫ feci. Iſtud teſtimoniū videbat̄ efficax ex duobus. Primo qꝛ dicebat ꝯ honorē ſuū ex zelo veritatis. Scđo qꝛ oſtendebat eū ſcire talia q̄ nō poterat ſcire via humana. Verūtn̄ qꝛ hoc teſtimoniū non fuit niſi quedā ꝑſuaſio ad credendū. qꝛ ꝑfectio fidei ipſoꝝ facta eſt ꝑ xp̄m. Ideo ſubiungitur Cū igit̄ veniſſent ad illū ſamaritani rogabāt eū vt ibi maneret ⁊ acquieuit petitioni eoruꝫ Et multo plures crediderunt in eū ꝑꝑ ſermonē eius q̄ꝫ a principio. ⁊ pleriqꝫ dicebāt mulieri. qꝛ iam nō ꝑꝑ loquelā tuā credimus. ipi eni audiuimꝰ ab ipſo. ſ. qui eſt deus ⁊ hō. ⁊ ſcimꝰ firmit̄ credendo qꝛ hic eſt vere ſaluator mūdi Cui ꝓ tot innumeris bn̄ficijs hūano generi collatis omēs debitas gr̄as ꝑſoluamus. vt ſic mereamur ingredi regnū celorum. Amen.

¶ Sermo ſextuſdecimus de mirabili reſurrectione laçari.

Statim prodiit qui fuerat mortuus. Scribuntur hec v̄ba Ioānis. xi. ca. Et ſi oia mirabilia que fecit xp̄s mentes nr̄as in admiratōnes ꝑducere debeant. id tn̄ pre ceteris efficit ſtupenda reſurrectio laçari. Ideo Augꝰ in omelia ita inquit. Inter oia miracula q̄ fecit dn̄s laçari reſurrectō precipua predicat̄. Sed ſi attendimꝰ qs fecerit. delectari debemus potius q̄ꝫ admirari. Ille ſuſcitauit hoiem q fecit hoiem. plus eſt hoiem creare q̄ꝫ reſuſcitare. hec ille. Quia v̄o in tanto miraculo ⁊ fides roborat̄ dū potentia diuinitatiſ xp̄i oſtendit̄. ⁊ ſpes ad imortalitatē ſubleuat̄. Ideo in p̄nti ſermōe de laçaro reſuſcitato dicemus. de quo tria erunt myſteria contemplanda.

Primū dr̄ infirmitatis incurabilis:
Secundum mortis indubitabilis.
Tertium reſurrectionis mirabilis.

¶ De infirmitate incurabili laçari ꝓ qua curanda miſerunt ſorores eius nunciū ad ieſuꝫ. Capitulum. i.

Primū myſteriū ꝯtemplādū de laçaro reſuſcitato dr̄ infirmitatꝭ icurabiliſ. Hoc vtiqꝫ cōtinet̄ in. i. ꝑte euangelij vbi ſic ſcribit euangeliſta. Erat quidā languens laçarus. dicit Nicholaus đ lira. Cuius infirmitas eius erat mortalis eo ꝙ languebat. deficientibus quaſi viribus ⁊ vie nature curari nō poterat. Seqt̄ lr̄a A Bethania đ caſtello marthe ⁊ marie ſororū eius qꝛ in illo caſtello iacebat infirmus. Erat āt Bethania iuxta hierľm quaſi ſtadijs qndeci. Maria āt erat que vnxit dn̄m vnguēto ⁊ extерſit pedes eius capillis ſuis cuius frater laçarus infirmabat̄. Vtrū āt hec maria fuerit illa peccatrix de qua ſcribit̄ Luce. vij. ca. varie loquunt̄ doctores. Hierꝰ eni ⁊ Criſoſto. dicūt iſtā fuiſſe aliā. Vn̄ illa dr̄ peccatrix. hec ſctā ⁊ honeſta. ⁊ ꝑꝑ hoc nomē illius tacet̄ iſtius āt nomē hic exprimit̄ ⁊ ambe vnxerunt xp̄m. Sed illa fecit hoc ex pctōꝝ ſuoꝝ cōpunctiōe. iſta ex deuotione. Grego. v̄o ⁊ Augꝰ dicūt ꝯriū. vn̄ in li. de ꝯſenſu euangeliſtaꝝ dicit Cuius iſta maria bis vnxit dn̄ꝫ. ſumēs argumētū qꝛ. Ioānes dicit hec vnxit i p̄terito exprimēs vnctionē pedū. ⁊ in ſequēti ca. explicat ſcđam vnctionē capitis. prima āt vnctio fuit ex contritōe quā lucas narrat diffuſe ⁊ hic breuit̄ repetit̄. Scđa v̄o vnctio fuit ex deuotiōe. huic opinioni adheret ſctā mr̄ eccľia. vt pleniꝰ poſui i quadrageſimali. Ergo ad laçaꝝ redeamꝰ Miſerunt quidē ſorores eius curationē fratris deſiderātes ad ieſū dicētes. Dn̄e ecce quē amas infirmat̄. Queret hic aliquiſ cur nō ierunt ipſe ꝑſonalit̄. Ad hoc ita Criſoſto. inqt. Ideo nō ierūt ad xp̄m ſicut centurio ⁊ regulus qꝛ vehementer confidebant de xp̄o ꝓpter multā familiaritatē quā habebant ad eum ⁊ qꝛ a luctu detinebāt̄. Theophilꝰ v̄o ait. Mulieres erāt quas nō decet de facili domū exire Hoc Hierꝰ in epľa ad Euſtochium docet. Rarus ait tibi ſit egreſſus in publicū martyres tibi querant̄ in cubiculo. Diſtabat itaqꝫ

a Bethania xp̄s ꝑ dictā.poſtq̄ꝫ eni iudei vo/
luerunt cū lapidare ex eo ꝙ dixerat.Ego ⁊ pr̄
vnū ſumus ipſe de manibꝰ eoꝝ euadēs abijt
trans Jordanem ad quē non iuerunt ſorores
laçari rónibus predictis.ſed miſerūt nec dixe
rūt veni. q̄ꝛ amāti ſufficit nūciare neceſſitatē
amici.Audiens āt ieſus dixit eis.ſ.rn̄dendo ꝑ
nunciū.Infirmitas hec nō eſt ad mortē.ſed ꝓ
gloria dei.vt glorificet̄ filius dei ꝑ eā.Nō eſt
per hoc intelligendū vt doctores ſancti decla
rant ꝙ laçarus ſm opinionē quorundā here/
ticoꝝ non fuit vere mortuus.q̄ꝛ ſic deſtrueret̄
veritas euangelij.cū tamen infra xp̄us dicat.
laçarus mortuus eſt. Sed ꝓ tanto dr̄ Infir/
mitas hec nō eſt ad mortē. q̄ꝛ nō tendebat ad
mortē ibi ſiſtendo propter reſurrectionē.Hic
Theophilus dicit.Ipſa mors nō erat ad mor
tem.ſed potius ad miraculū.quo facto crede/
rent hoies in xp̄m ⁊ vitarent veram mortem
Ideo dixit.ſed pro gloria dei ⁊c̄.q̄ꝛ.ſ.in reſur/
rectione laçari manifeſtari debebat virtus
⁊ potentia diuinitatis que erat in xp̄o qui ve
rus homo erat ac verus deus. Vt āt audiuit
q̄ꝛ infirmabatur. Tunc quidē manſit in eodē
loco ſcilicet trans Jordanē duobꝰ diebus ex/
pectando.vt refert Criſoſtoꝰ.vt laçarus mo/
reretur ⁊ ſepeliret̄ eſſetq̄ꝫ quatriduanus an̄q̄ꝫ
illuc accederet ad maiorē certitudinē miracl̄i.

¶ De morte laçari ⁊ de verbis xp̄i cum apo/
ſtolis anteq̄ꝫ iuiſſet ad laçarum ſuſcitandum.
Capitulum.ij.

Ecundū myſteriū ꝯtemplandū de laça/
ro reſuſcitato dr̄ mortis indubitalis.nā
indubitanter laçarus mortuus eſt.qđ xp̄s di/
ſcipulis voluit ſapientiſſime ꝓpalare. Dixit
eni eis.Eamus iterū in iudeā. Dicūt ei diſci/
puli.Rabbi nūc querebant te iudei lapidare
⁊ tu iterū vadis illuc.quaſi dicāt n̄ eſt tibi nec
nobis ſecurū. Rn̄dit ieſus. Nōne duodecim
hore ſunt diei ſi qs ambulauerit in die nō of/
fendit q̄ꝛ lucē hꝰ mūdi videt. Si āt ambulaue
rit in nocte offendit.q̄ꝛ lux nō eſt ī eo. Hic ſm
aliq̄s appellat ſe diē.⁊ duodecim ap̄los.xij.ho
ras.ac ſi dicat.hore ſequunt̄ diē ⁊ nō dies ho
ras. Sic ⁊ vos debetis ſequi voluntatē meā
nō ego veſtrā. Et ideo ſi voluntatē meā qui
ſū dies ſecuti fueritis nō offendetis.ſi āt vo/
lūtatē vr̄am q̄ ē nox ſecuti fueritis offendetis
Vel aliter pōt intelligi ſm Nicholaū de lira.
Nōne duodeci hore ſūt diei.nō debetis crede
re ꝙ iudei ꝑſeuerēt in volūtate me lapidandi

q̄ꝛ ſic̄ hore mutabiles ſunt ſic ⁊ affectus hoim
quinimo ſepius in die mutat̄ cor hois q̄ꝫ hore
Et iō ſi qs ambulabat in die.i.ſcte iuſte ⁊ pa/
cifice nō offendit. Et ſm primā expoſitionē.q
ambulat in die.i.mecū q ſū lux mūdi faciēs di
em gr̄e.nō offendit.i.ſecurus dꝫ eſſe q̄ꝛ lucem
hꝰ mūdi videt.i.meipſū. Si qs āt ambulaue/
rit in nocte.i.ſine p̄ſentia mea offēdit. poſtq̄ꝫ
ſic dixit reuelauit mortē laçari noie ſomni ex/
primens illā. Laçarus inqt Amicꝰ nr̄ dormit
ſed vado vt a ſōno excitē eū. Hic Augꝰ ait.
Qꝛ āt dixit dormit verū dixit.dn̄o dormiebat
hoibus mortuus erat qui eū ſuſcitare nō po/
terāt. Nā dn̄s tanta felicitate excitabat de ſe
pulchro q̄ꝫta tu excitas dormientem de lecto.
Dixit ergo dormit ſm potentiā ſuā. hanc āt
cāꝫ ſui itineris vt dicit Nicholaus de lira.aſ/
ſignauit vt aſſecuraret diſcipulos. q̄ſi dicat n̄
debetis timere q̄ꝛ nō vado ad diſputandū cū
iudeis.ſed ad laçarū ſuſcitandū. At diſcipuli
reſpondere. Dn̄e ſi dormit ſaluus erit.i.exquo
dormit ſignū eſt ſue curationis.nō eſt neceſſa
riū ꝙ vadas illuc. Nōdū eni erant aſſecurati
ad plenū ꝑ verba xp̄i. q̄ꝛ adhuc erant infirmi
⁊ imꝑfecti. Sed graue videt̄ nōnullis ꝙ diſci
puli crediderint dn̄m velle ire tā longā viam
ad hoiem excitandum. Pro quibus ita refert
Criſoſto. Iſtud dicemus qm̄ extimabant hoc
enigma eſſe q̄lia multa loquebat̄.q̄ꝛ ēt erāt ru
des ⁊ in timore poſiti male capiebāt vba xp̄i
Ideo inſtabāt ne redirēt in iudeā. Tūc mani
feſte locutus eſt dicens. Laçarus mortuus eſt
⁊ gaudeo nō.ſ.de morte eius abſolute. ſed ꝑꝑ
vos vt credatis ⁊ in fide cōfirmemini.qm̄ nō
erā ibi ⁊ tn̄ mors illiꝰ mihi nota fuit. Sed ea/
mus ad eū Dixit thomas.ſ.alijs diſcipulis.
Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cū eo.protulit hec
verba tho.ſm aliq̄s ex quadā deſperatōe. Vl̄
ſm alios ex amore ⁊ dilectione. q̄ſi diceret me
lius eſt nobis cum illo mori q̄ꝫ ſine illo viuere.
Venit ḡ ieſus ⁊ inuenit eum quattuor dies
iā in monumēto habentē. Quattuor dies dic̄
ad oſtendēdū certitudinē mortis. q̄ꝛ licet ſint
alique infirmitates latētes quibꝰ videt̄ aliqs
mortuus ad tp̄s hoc tn̄ non durat ꝑ quattuor
dies. Dicit ēt in monumēto.ſ.in t̄ra recluſus
q̄ꝛ dato ꝙ fuiſſet ibi poſitus viuꝰ. nihilominꝰ
in tanto tp̄e fuiſſet ibi mortuus. Multi āt ex
iudeis venerant ad marthā ⁊ mariā vt cōſo/
larent̄ eas de fr̄e ſuo. Sed quō inqt Criſoſto.
iudei conſolabantur dilectas a xp̄o. cum iam

ſtatuiſſent q̄ ſi qs xp̄m ꝯfiterek extra ſinago/
gā fieret. Sed pp calamitatis neceſſitatē aut
quaſi nobiles has mulieres reuerētes eas cō
ſolabank. aut q̄ꝛ hi aderant qui nō mali erant
multi eni ex ip̄is credebāt. hec ille. Martha ḡ
vt audiuit q̄ꝛ venit ieſus. ipſa eni habebat cu
rā domus. Et iō primo eſt ei nūciatus aduen
tus xp̄i p aliquē qui illū preuenerat ꝛ occurrit
illi reuerenter ꝛ deuote. Maria āt domi ſede
bat cū iudeis qui ad eas venerant. Dixit ergo
martha ad ieſuꝫ. Dn̄e ſi fuiſſes hic frater meꝰ
nō fuiſſet mortuus. Ex hoc apparet q̄ crede/
bat ipſū potuiſſe preſeruare frēm ſuū a morte
tn̄ impfecte credebat q̄ꝛ videk innuere q̄ non
poſſet xp̄s tātum abſens q̄ꝫtū p̄ns. Subdidit
martha. Sed ꝛ nūc ſcio q̄ꝛ q̄cūqꝫ popoſceris a
deo dabit tibi deus. Videk p hoc q̄ nō fuiſſet
bn̄ edocta de eius diuinitate q̄ꝛ nō dixiſſet q̄/
cunqꝫ popoſceris. ſed quecunqꝫ iuſſeris fient.
Dixit illi ieſus. Reſurget frater tuus. hoc illa
intellexit de reſurrectione futura. ꝑpterea rn̄/
dit. Scio q̄ꝛ reſurget in reſurrectōne in nouiſ
ſimo die. loquebak āt de reſurrectiōe generali
ſm̄ Criſoſto. vl' q̄ꝛ audierat multa a xp̄o de re
ſurrectōe loquente. Vel q̄ꝛ erat de ſecta phari
ſeoꝝ qui'reſurrectionē confitebank ex verbis
ſcripturarū. Dixit ei ieſus explicans intentio
nē ſuā d̄ reſurrectione ꝓpinq̄. Ego ſū reſurre
ctio ꝛ vita. Sū. ſ. vita p eſſentiā ꝓpter qd̄ ſuꝫ
cā vite oibuſ viuentibꝰ ꝛ poſſū dare vitā mor
tuis. Quia qd̄ eſt tale p eſſentiā eſt cā oim ali
oꝝ q̄ ſunt p participationem vt habek. ij. Me
thaphi. Qui credit in me ēt ſi mortuus fuerit
viuet. Et ois q viuit ꝛ credit in me nō moriek
in eternū. credis hoc? Non petit q̄ſi ignorans
ſed querens eius cōfeſſionē ad meritū. q̄ꝛ ore
fit cōfeſſio ad ſalutē. Ait illi vtiqꝫ dn̄e. p Vba
eni xp̄i erat in fide inſtructa. plenıꝰ in fide q̄ꝫ
ante qd̄ patet ex eius ſequenti cōfeſſiōe. Ex q̄
primo exprimik xp̄i dignitas ſacerdotaliſ ꝛ re
gia cū dr̄. Ego credidi q̄ꝛ tu es xp̄us. i. vnctus.
vnctio debebak regibus ꝛ ſacerdotibꝰ. Scd̄o
explicak xp̄i diuinitas cum ſequik filius dei. ſ.
nālis. Tertio ponik incarnationis veritas cū
ſubditur. qui in hūc mūdū veniſti. nō per loci
mutationē. ſed p carnis aſſumptionē. Et cū h̄
dixiſſet a xp̄o edocta abijt ꝛ vocauit mariā ſo
rorē ſuā ſilentio. Criſoſto. ait. Ideo occulte ſo
rorē vocat. q̄ꝛ ſi ſciuiſſent iudei xp̄m aduenire
receſſiſſent ꝛ n̄ fuiſſent teſtes miraculi. Dixit
itaqꝫ Martha ſorori. Mgr̄ adeſt ꝛ vocat te.

Nō eſt credendū hoc loco marthā fuiſſe men
titā. cū dixit vocat te. q̄ꝛ nō fuit ab euāgeliſta
expreſſū cū id euangeliſta fecerit pp breuitatē
Vt aūt maria audiuit martham ſurrexit cito
ꝛ venit ad xp̄m. qui nondum venerat in ca/
ſtellū ſed erat adhuc in illo loco vbi occurre/
rat ei martha. iudei ergo qui erant cū ea in do
mo ꝛ cōſolabank eā ſecuti ſunt eā dicentes. q̄ꝛ
vadit ad monumētū vt ploret ibi. maria ḡ cuꝫ
veniſſet vbi erat ieſus videns eū cecidit ad pe
des eiꝰ ꝛ dixit ei. Dn̄e ſi fuiſſes hic frater meꝰ
nō fuiſſet mortuus. At ieſus vt vidit eā plo/
rantē ꝛ iudeos q venerant cū ea plorantes in/
fremuit ſpū ꝛ turbauit ſemetipſū ꝛ dixit. vbi
poſuiſtis eū? Hic dic̄ Bedda. Non oia dixit
maria que Martha protulerat. quia cōſueto
hoim more pre lachrymis non oia que voluit
proferre potuit. Et de xp̄o ait Criſoſto. Ma/
rie loquenti nihil xp̄s loquik. neqꝫ ea dicit que
ſorori dixerat. Turba eni aderat multa ꝛ non
erat tempus illoꝝ verboꝝ. Sed condeſcendit
ꝛ humiliak humanā naturā denudanſ. Infre
muit ergo ſpū ꝛ turbauit ſeipſū. Dic̄ Nicho/
laus de lira. Fremitus conſurgit ex indigna/
tione. Iſte ergo xp̄i fremitus ꝓcedebat ex in/
dignatione eius ꝯ̄ diabolū per cuius ſuggeſti
onem mors intrauit in mundū. quē erat cito
debellaturus. Turbatio āt illa procedebat ex
cōpaſſione laçari ꝛ ſororꝫ eius. Sciendū tn̄ q̄
iſte paſſiones ꝛ cōſimiles non fuerunt in xp̄o
vitioſe ſed magis virtuoſe. q̄ꝛ non erant per/
uertentes iudiciū rōnis ſed magis ſequentes
ꝛ p ipſū excitate. Aduertendū inſup pro eo q̄
xp̄s dixit. vbi poſuiſtis eū. q̄ꝛ ſm̄ Auguſtinuꝫ
in li. de verbis dn̄i. Nō locū ſepulti ignorare
credi dꝫ ſed fidem populi approbare volebat.
Vt autem dixerunt ei veni ꝛ vide ꝛ iter ver/
ſus monumentū cepit. lachrymatus eſt ieſus
Lachrymabak quideꝫ ex cōpaſſione ꝛ pietate
tanq̄ꝫ verus hō. lachrymabak ēt vt pie cōſide
rare poſſumus pp ea q̄ quintadecima futura
die ventura erant ſup eū. Itaqꝫ intra ſemet/
ipſuꝫ flendo dicebat. O laçare mi dilecte ego
plorando ad tuū monumentū accedo. Et. xv.
die ſequenti magdalena cū mulieribus ꝛ ma/
tre mea bn̄dicta d̄ cruce depoſitū plorādo me
ad monumentū nouū adducent. O laçare mi
ego hodie cruā te a faucibꝰ mortis ꝛ q̄ntade/
cima die ego ꝓ ſalute hoim illiꝰ ptātí me ſub
dā. O laçare mi aīa tua exaudiet vocē meā de
inferis ꝛ corpi vniek. ꝛ. xv. die clamabo i cruce

ꝛ ingrati hoīes nō audient me vocantē. iudei āt vidētes xp̄m flere dicebāt. Ecce quō amabat laçarū. Quidā inſup ex ipſis dicebāt. Nō potuit hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt hic non moreret̄.

¶ Q: quinq₃ ſunt conditiones que oſtendūt certitudinem miraculi in reſurrectione laçari

Capitulum. iij.

Ertiū myſteriū contēplandū d̄ laçaro reſuſcitato dr̄ reſurrectionis mirabilis. in quo quinq₃ ſunt conſideranda que faciunt ad miraculi certitudinē ꝛ magnificentiam.

Primū eſt ſepulchri deſcriptio.

Secundum lapidis amotio.

Tertium xp̄i oratio.

Quartum laçari vocatio.

Quintum ſubita reſurrectio.

¶ Primū cōſiderādū eſt ſepulchri deſcriptō vt āt dixit textus euangelij. Jeſus rurſus fremens in ſemetipſo venit ad monumentū. i. puenit ſiue applicuit. Fremitus āt ille ꝛ idignatio fuit pp iudeos de illo iniq̄ murmurantes. Erat āt ſpelūca ꝛ lapis ſuppoſit⁹ erat ei. Spelūca vt dicit hic Bedda ē rupis vocata. ¶ Secūdū ꝯſiderandū dr̄ lapidis amotio. dixit q̄dē ieſus tollite lapidē. Criſoſto. hoc dixit vt eos teſtes faciet miracl'i. Rn̄dit Martha. dn̄e iā fetet q̄triduanus eſt. ſm Theophilū hoc martha tanq̄₃ diffidens dicit. veluti ipoſſibile credens poſſe frēm ſuſcitari ob dieꝝ diuturnitatē. Vel ſm alios. hec verba nō ſūt deſpatiōis ſed poti⁹ admiratiōis. Dixit illi ieſus. Nōne dixi tibi q̄m ſi credideris videbis gl'iā₃ dei i. glorioſā ci⁹ virtutē in ſuſcitatione frīs tui. Tulerūt ergo lapidē ad p̄ceptū xp̄i. ¶ Tertiū ꝯſiderandū eſt xp̄i orō. Voluit quidē orare vt cōfunderet maliciā iudeoꝝ q ſibi imponebāt ꝙ faciebat miracula virtute demonū. Quare eleuatis oculis ſurſū dixit. Pater gr̄as ago tibi q̄m audiſti me. Deus eni pr̄ celeſtis magnificentiſſimus eſt. Et iō ex gr̄aꝝ actiōe de p̄teritis ad p̄ſtanda bn̄ficia ſequētia ꝓuocat̄. hoc vtiq₃ eſt ꝓpriū magnifici vt habet̄. iiij. Ethicoꝝ. Subiūxit i orōne xp̄s. Ego aūt ſciebā q: ſp me audis. ſed pp ppl'm q circunſtat dixi. vt credant q: tu me miſiſti. Sciēdū ꝙ orare patrē ꝯuenit xp̄o rōne hūanitatis in q̄ minor eſt pr̄e nō rōe diuinitat: in q̄ eſt ei eq̄lis. ¶ Quartū ꝯſiderandū eſt laçari vocatio. poſtq̄₃ eni ſic orauit clamauit voce magna. laçare veni foras Dicit hic Theophilus. Altius clamauit vt gētiliū ora refrenet fabulantiu₃ in tumulis eſſe aīas defunctoꝝ. Clamat igit̄ q̄ſi aduocans de longinq̄. Vel ſm Nicho. d̄ lira. Clamauit voce magna q: ſi dixiſſet in ſilētio. poſſent aduerſarij dicere ꝙ verba magica ꝓtuliſſet. ¶ Quītū ꝯſiderādū dr̄ ſubita reſurrectio. Stati nāq₃ ꝓdijt q fuerat mortuus ligatus manus ꝛ pedes inſtitis. ꝛ facies ſudario erat ligata. hic declarat̄ virt⁹ diuina. nō ſolū ſuſcitando mortuū ſed ēt faciēs exire ligatū. Jn ꝙ inſup apparet certitudo miraculi inq̄₃tū exiuit laçar⁹ eomō q̄ fuerat i ſepulchro poſit⁹. Dixit eis ieſus Soluite eū. Fecit hoc vt accedētes de prope ꝛ tangētes ex viſu ꝛ tactu eſſent teſtes miraculi ſubiūxit xp̄s. Et ſinite abire. vt oſtendat̄ vere ſuſcitat⁹ p opa vite. cuiuſmodi eſt ambulatio ꝛ comeſtio ꝛ ſil'ia. Multi ḡ ex eis q venerant ad mariā ꝛ marthā ꝛ viderāt q̄ fecit ieſus crediderūt in eū. Quidam āt ex ipſis abierūt ad phariſeos ꝛ dixerūt eis q̄ fecit ieſus. Dicūt doctores aliq ꝙ id fecerūt bono çelo moti. volentes ex miraculo viſo refrenare irā coꝝ ꝯ̄ ieſu₃ tāq̄₃ irrationalē. Alij xᷓo aſſerunt. ꝙ ex malignitate moti fuerūt ad ꝙ. q: ex viſis ſignis boni ꝛ electi cōuertunt̄. mali obdurant̄. Et hoc magis videt̄ ex lr̄a ſequenti. vbi agit̄ de cōgregatione phariſeoꝝ ad tractandu₃ de morte xp̄i. Exprimur ſic eē in ppl'o xp̄iano in q̄ multi audientes enarrari exquiſita opa xp̄i. afficiunt̄ ſp̄uali leticia. pleriq₃ xᷓo illa deridere ſolēt. ꝛ qd̄ grauius eſt negāt ꝛ impugnāt veritatē ꝓphetaꝝ apl'oꝝ martyꝝ doctoꝝq₃ teſtimonio cōprobatā. Mendaciū inquiūt eſt ꝙ laçarus reſurrexit. O ſtulti. O tardi corde ad credendū. vos mēdaces eſtis vos filij diaboli. q euāgeliſte ioāni virgini dei electo acqeſcere recuſatis. Jpſe vtiq₃ laçari reſuſcitati texuit hiſtoriā q oīa oculate pſperit. Ergo oī infidelitate depoſita. demus gr̄as xp̄o nr̄o redēptori q ſicē laçarū quatriduanū ſuſcitauit a monumento ita in fine ſeculi reſuſcitari faciet omēs hoīes mūdi vt in eternū dānent̄ iniqui. Juſtis xᷓo tribuat̄ premiū vite eterne. Amen.

¶ Sermo decimuſſeptimus de pijſſima paſſione ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i.

Oremus ante dominū q fecit nos q: ipē eſt dn̄s de⁹ nr̄. Ad paſſionē nos inuitantis ꝓphete illuminati verba ſunt iſta p̄s xciiij. Neſcio quid flebili⁹ ac pietate ꝛ cōmi

ſeratione magis dignū cōmemorari pōt. q̄ꝫ abiectiſſima paſſio morſqꝫ acerbiſſima ieſu xp̄i filij dei. Utiqꝫ oi fera crudelior. duriorqꝫ petris cenſeri dꝫ. quiſqs ille ſit. q ad tanti myſterij memoriā nō cōpungit̄. Si eni abſqꝫ lachrymis nō ſolū narrari vel dici. imo nec excogitari pn̄t que de morte Ceſaris aut Pompei magni aut Hectoris troiani. aut Darij pſarū regis. vel Alexandri macedonis. alioꝝqꝫ regū vel imperatoꝝ cōſcripta ſunt. q̄ꝫto magis mors regis regū plangentibus oculis ad mentē eſt reuocanda. Accedit ad hoc ꝙ ille q peccū nō fecit. nec dolus inuētus eſt in ore eiꝰ mortuus eſt ꝓ nobis debitoribus mortis. vt nos redimeret. vt nos ſaluos faceret. vt nos ad patriā celeſtē reduceret. in ligno crucis pependit. Cōpatiendū itaqꝫ illi eſt qui tā dura ꝓ nobis tulit tormenta. ne in die iudicij cum venerit in gloria maieſtatis ſue inueniemur ingrati in cōſpectu eius. Nā vt quidā deuotuſ ait. Hodie xp̄s de cruce ſic alloquit̄ vnūquēqꝫ. Uide hō q̄ ꝓ te patior. vide penas q̄bus afficior. vide clauos quibus confodior. n̄ eſt dolor ſicut quo crutior. cū ſit tantus dolor exterior. intuſ tn̄ dolor eſt granior. tā ingratū dū te experior. Deponamus igit̄ duritiā ai. induamuſqꝫ viſcera pietatis ⁊ deuotione qua poſſumꝰ xp̄m in cruce paſſū pariter lugeamꝰ. Nec vile aut muliebre putādū eſt hoc officiū exoluere. quinimo ⁊ piū ⁊ laudabile fore exempla luculentiſſima manifeſtant. Scribit̄ nāqꝫ Geneſ. l. ca. q̄ ioſeph ruit ſup faciē prīs ſui defuncti flens ⁊ deoſculans eū. Et Geneſis. xxv. ca. Qualiter abrā fleuit Sarā vxorē ſuā defūctā. Et. ij. Regū. i. ca. Quō dauid plāxit ſup Saul ⁊ Jonatha interfectos in prelio. Et ij. Regū. iij. ca. Quēadmodum dauid leuauit vocē ſuā ⁊ fleuit ſup tumulū abner quē Joab ⁊ abiſai interfecerāt. Et. ij. Regū. xviij. ca. dr̄ adhuc de dauid. q̄ cū audiſſet mortē filij ſui abſolon. flebat dicens. Abſolon fili mi. fili mi abſolon. Et Numeri. xx. ca. Laudat̄ populus qui mortuo Aaron fleuit ꝑ triginta dies. Et i. Regū. xxviij. Samuel mortuꝰ eſt planxitqꝫ cū oīs populus. Et. ij. Machabeoꝝ. ix. ca. ponit̄. q̄ poſtq̄ꝫ iudas Machabeus cecidit ⁊ occiſus fuit in prelio fleuit eū oīs populus planctu magno. Narrat ēt Juſtinus. q̄ cū nūciatum fuiſſet Alexandro vxorē darij quā detinebat captiuā in partu mortuā fleuit ex hūanitate. Inſup ꝙ dū Alexāder expoſt exanime corpus darij inuenit quē ſui interfecerant fudit lachrymaſ. Quis ergo abſqꝫ gemitu audire pōt ꝙ ille q oibus p̄ſtat vitā eſt mortuꝰ in cruce. O xp̄iani oēs. O viri O mulieres. O iuuenes. O ſenes. O virgines. O vidue. O nupte. O pie matreſ. O ppl̄i cuncti nobis oibus dicit eccleſia verba in themate ꝓpoſita. Ploremus an̄ dn̄m affixū patibulo crucis qꝛ ipſe eſt dn̄s deus nr̄. Ad quē ploratū poſſumꝰ deo ꝓpitio peruenire. ſi diligēter voluerimꝰ ac fideliter conſiderare ignominiā crucis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Idcirco in p̄nti ſermōe d̄ ip̄a paſſione dn̄ica tria myſteria ꝓponemꝰ ɔtēplāda

Primum dr̄ voluntatis.
Secundum humilitatis.
Tertium acerbitatis.

¶ Q̄ xp̄s ex ardentiſſimo amore volens paſſus eſt ⁊ de voluntatis eius qualitate.

Capitulum. i.

Rimū myſteriū ɔtemplandū de paſſiōe ieſu xp̄i dr̄ voluntatis. Ad cuius claram explanationē tria dubia occurrūt enucleāda.

Primum vtrum xp̄s paſſus ſit ex voluntate aut ex neceſſitate.
Scōm vtrū in xp̄o fuerūt plures voluntates
Tertiū vtrū in xp̄o fuit ɔ̄rietas volūtatū.

inſpiceretq̄ȝ meſtam τ lachrymantē dixit illi.
O mulier ecce filius tuus. deinde diſcipulum
ioannē eſt allocut⁹. Ecce inquit mater tua. O
ſingulare donū: de quo Ambroſi⁹ ait. Auctor
humani generis in cruce pendens pietatis of
ficia diuidebat. Perſecutioneȝ ap̄lis: pacem
diſcipulis: corpus iudeis: patri ſpiritum: vir-
gini paranimphū: latroni paradiſum: pecca-
toribus infernū. xp̄ianis penitentibus veniā
legauit. Et Criſoſto. in ſermone de paſſione.
Tu o ioannes ſancte ad hoc eligeris, vt mi-
niſtres τ obſequaris marie ea dilectione qua
filius: ea obedientia qua diſcipulus: ea ſubie-
ctione qua miniſter τ famulus: petro cōmen-
datur eccleſia: tibi maria: illi tumultuoſa nego
tia: tibi pacifice τ quieta. Et petrus Damian⁹
in quodā ſermone. Cōmiſerat dn̄s petro cla-
ues eccleſie: delegauit ioanni cuſtodiaȝ marie
Maria mater xp̄i: Eccleſia mater xp̄ianorum
dicit dn̄s petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ
Nunquid beata maria celum non fuit in cu-
ius vtero tota diuinitatis plenitudo perman
ſit? Hic archangelo gabrieli ad cuſtodiaȝ ma
tris dn̄i ſocius eſt datus: vt τ ille intactam
virginem inuiſibiliter cuſtodiret: τ iſte forin-
ſecus fragilitati feminee obedientie ſue mi-
niſterium exhiberet. Quantoq̄ȝ familiarior
cum matre verbi conuerſatur: tanto vicinior
verbo inuenitur. Et qm̄ ab ipſa veritate ma-
rie dictus eſt filius: quadā ſpeciali gratia fra-
ter eſt ſaluatoris: hec ille.

¶ Qualiter ioannes miraculis coruſcauit: τ
quid tenendum: an ſit mortuus: qui tamen in
celo eſt glorioſus. Capitulum.iij.

Ertiū myſteriū ꝯtemplandū de amore q̄
xp̄s ioannem dilexit: dicit concluſionis

In fine amor ille ieſu xp̄i concluſus ac terminatus eſt precipue in tribus.
Primo in miraculoſa coruſcatione.
Scd̄o in felici conſūmatione.
Tertio in ſuperna glorificatione.

¶ Primo quidē amor xp̄i ad ioānem exhibitus concluſus fuit in miraculoſa coruſcatiōe: q̄ꝫ plurimis eni ſignis ⁊ miraculis claruit Rome vt predictū eſt poſitus in dolio feruentis olei: diuino miraculo illeſus ſeruatus eſt: non tn̄ ꝓpterea nō meruit coronā martyrij. Vn̄ Augꝰ in li. de nuptijs ⁊ concupiſcentia inq̄t. Nō impar meritū eſt in ioāne qui nō eſt paſſus ⁊ in petro qui paſſionē ſuſtinuit: poſt occaſionē Domitiani dum ab inſula pathmos rediit epheſū: Druſianā deuotiſſimā dn̄az que mater erat pauperū ⁊ ioānis hoſpita: reperit mortuā ⁊ in pheretro poſitā quā deferebant vt ſepelireť. depoſito ꝟo pheretro dixit illi. Dn̄s meꝰ ieſus xp̄s ſuſcitet te druſiana. Surge ⁊ vade in domū tuā ⁊ para mihi refectionem. Statim illa ſurrexit ita vt ſibi videreť ꝙ de ſomno excitaſſet eam. Ibi Cratonē ph̄um ⁊ duos ditiſſimos iuuenes ꝯuertit ad xp̄m viſo miraculo ꝙ gēme q̄ ſparſe erāt in pulueres orante ap̄lo fuerunt reintegrate. Ibi iuuenez qui mortuus efferebať: ad preces matris ſuſcitauit a mortuis. Orante ap̄lo templū diane a quo oēs exierant: corruit. ⁊ diane imago penitus deſtructa fuit. Venenū ſibi ꝓpinatū ab Ariſtodemo ydoloꝝ pontifice: qd̄ ⁊ duos bibentes prius extinxerat facto ſigno crucis abſq̄ꝫ aliq̄ nocumento bibit: illoſq̄ꝫ mortuos orōne ſua ⁊ tunica eius ab Ariſtodemo ſuꝑ corpora poſita reuocauit ad vitā. Hec ⁊ alia plurima fecit vt latius ſcribiť in Eccleſiaſtica hiſtoria: ēt vt narrat Iſidoꝰ in li. de vita ⁊ obitu ſctōꝝ: quare aſiā eccleſijs repleuit: ⁊ pp̄los ad fidem xp̄i cōuertit. ¶ Scd̄o amor xp̄i erga ioannē cōcluſus fuit in felici cōſūmatione. Dū eni ſenuiſſet in operibus bonis eſſetq̄ꝫ annoꝝ nonagintanouē: anno videlicet imperij Traiani ſcd̄o: apparuit ei dn̄s dicēs. Veni dilecte mi ad me: qꝛ tp̄us eſt vt in menſa mea cū tuis fratribus epuleris: dn̄ica itaq̄ꝫ veniente die vniuerſus pp̄ls ꝯuenit in eccl̄ia q̄ fuerat ipſiꝰ noīe fabricata: q a primo pulloꝝ cantu predicauit: hortans oēs vt in fide eſſent ſtabiles ⁊ ī mādatis dei feruentes. Poſt hec foueā q̄drā iuxta altare fieri fecit ⁊ terrā extra eccl̄iam iactari: deſcendēſq̄ꝫ in foueā expanſis ad deū manibus dixit. Inuitatuſ ad cōuiuiū tuū dn̄e ieſu: ecce venio gr̄as agens qꝛ dignatus es me ad tuas epulas inuitare. Cumq̄ꝫ orōnē finiſſz tanta lux ſuꝑ eū emicuit vt nullus in eū reſpicere potuit. Recedente āt lumine nil aliud inuentū eſt niſi māna. Ex quo pleriq̄ꝫ dubitare ſolent vtrū ioānes fuit mortuus. Et quidā dicunt ꝙ nō: ſed qd̄ tranſlatus fuerit ſimul cum aīa ⁊ corꝑe ad empirreū celū ⁊ gloriā beatoꝝ ſicͭ ēt ſi nō peccaſſet Adam fuiſſent abſq̄ꝫ morte tranſlati hoīes cū aīa ſimul ⁊ corꝑe ad celeſtez illā patriā. Sed hec opinio ideo videť ſtare nō poſſe: qꝛ xp̄s adhuc virginē matrē a lege mortis excipere noluit: cū ſtatutū ſit hoībꝰ ſemel mori. Alij ꝟo opinanť ipſū in paradiſuz terreſtrē tranſlatū eſſe. Tp̄e ꝟo antixp̄i inde educeť ⁊ fideles confirmans ac eis predicans ab ipſo antixp̄o occideť. Vn̄ Theophilus dicͭ Xp̄s nō negauit ioannē morituꝝ. Nā quicq̄d oriť moriť. Sed dixit volo eū manere vſq̄ꝫ ad finē mūdi: ⁊ tunc ꝓ me martyriū patieť. Nōnulli ꝟo tenent eū eſſe defunctū ⁊ aīam eius cū ceteris ap̄lis in celeſtibus regnis gaudere cū xp̄o. Corpus ꝟo eius in loco quidē hoībus ignoto: deo āt cognito reſeruari. Sicͭ de moyſi corꝑe credendū ē. Pōt q̄dē deus in aliq̄ ſibi noto loco nobis āt ignoto: aut ꝑ angeloꝝ miniſteriū: aut ꝑ aliū modū corpori dilecti ſui exhibere honorē ꝓut decet tm̄ ſuū dilectū hr̄e Quare āt diuina ꝓuidētia corpus dilecti ſui iudicauerit occultandū: nō eſt nobis diſcutiēdū ſed int̄ diuina ſecreta cōnumerandū. Sūt ⁊ alij qui dicunt ipſū adhuc viuere ⁊ dormire latenter ſub terra: Ad qd̄ moueť triplici rōe. Primo qꝛ xp̄s dixit de ipſo: ſic eū volo manere donec veniā. Ex quo exiit ſermo inter fr̄es ꝙ diſcipulus ille nō moriť. Scd̄o aiunt iſti ꝙ eſt ſimile de moyſe q viuit ſub terra: tū qꝛ ſepulchrū eius nō inueniť. Tum qꝛ in transfiguratiōe xp̄i cū helia q mortuus nō eſt viuus apparuit. Tertio ſuā opinionē roborant qꝛ in ſepulchro ioannis māna ſcaturire vr̄ ad modū arenule ſicut ī fōtibꝰ fieri ꝯſueuit qd̄ euenire aſſerunt flatu ⁊ anhelitu dormientiſ. Sed iſta ſic opinantibus obuiat Augꝰ dicens. cur xp̄s eius diſcipulo quē pre ceteris ꝓ magno munere dilexit: tā longum donauit ſomnū cum beatum petrū per ingentis martyrij gloriam onere carnis abſorbuerit: Ad verbum autem xp̄i ſic cum volo manere dicit ꝙ intelligendū eſt qꝛ ioannes non debebat ſequi xp̄m moriendo

morte violēta. Ideoq̄ cū dixiſſet Petro ſequere me.ſ.p martyriū ad me venies. Petrus interrogauit xp̄m de Ioāne: hic aūt quid. At ieſus dixit. Quid ad te: tu me ſequere. Iſtū ſic volo manere donec veniā: nō ad iudiciū: ſʒ ad aīam eius de corpe educēdā. Vn̄ in euangelio ſcribitur nō dixit ieſus nō morit̄. De moyſe falſum eſt ꝙ viuat. Nā Deuterono. vltimo. ca. ſcribit̄ Mortuus ē moyſes ſeruꝰ dn̄i in terra moab iubente deo ꝛ ſepeliuit eū in valle terre moab ꝯtra fogor: ꝛ nō cognouit hō ſepulchꝛuʒ eius vſqꝫ in preſentē diē. Moyſes centum viginti annoꝝ erat qn̄ mortuꝰ eſt: nō caligauit oculus eius: nec dentes illius moti ſunt. Fleueruntqꝫ eū filij iſrl̄ in campeſtribus moab triginta diebus. Et Ioſue ca. j. ſcriptū eſt. Factū ē vt poſt mortē Moyſi ſerui dei loqueret̄ dn̄s ad Ioſue filium Nun miniſtrum Moyſi ꝛ diceret ei. Moyſes ſeruus meꝰ mortuꝰ eſt: ſurge ꝛ trāſi iordanē iſtū tu ꝛ oīs populus ꝛc̄. Qualiter aūt apparuit in tranſfiguratione xp̄i: diximus plene in ſermone de ipſa tranſfiguratiōe: ꝛ quare ſepulchꝛum eius abſconditū fuit ſcripſi in ſermone de blaſſemia in quadrageſimali noſtro. ne.ſ. iudei circa corpꝰ eius idolatriā exercerēt. De māna ibi ſcaturiēte dicit Augꝰ. ꝙ pōt eē a deo vt mors Ioānis ſic ꝑcioſa cōmendetur. Tenet itaqꝫ Augꝰ. ꝙ Ioānes ſit mortuꝰ ꝛ aīa eius a ſuo corpe ſepata. Idē videt̄ ſentire Hieronymꝰ q in ꝓlogo in Ioānem ait. Hic ē Ioannes qui ſciens ſupueniſſe diē receſſus ſui: cōuocatis diſcipulis ſuis i epheſo p multa ſignorum experimenta promens xp̄m: deſcendit in defoſſum ſepulture ſue locuʒ: factaqꝫ oratione poſitus eſt ad patres ſuos tā extraneus a dolore mortis q̄ʒ a corruptione carnis inuenitur alienꝰ. Et ſi qs obſtaret ꝙ in his verbis Hieronymꝰ dicit Ioānem extraneū a dolore mortis: ergo videt̄ ꝙ non ſit mortuus. Rn̄demus ꝙ nō ita ſonant verba Hieronymi. Nā in ꝓlogo in apocalipſim idē ita ſcripſit. Hic ē Ioannes qui ſciēs ſupueniſſe ſibi dieʒ egreſſiōis de corpe: cōuocatis in epheſo diſcipulis deſcēdit in defoſſum ſepulture ſue locū: orationeqꝫ cōpleta reddidit ſp̄m tā a dolore mortis factꝰ extraneꝰ q̄ʒ a corruptione carnis noſcitur alienus. Dicit ergo ꝙ ſciuit ſupueniſſe diē egreſſionis de corpe: ꝛ ꝙ reddidit ſp̄m: per que verba expreſſe fatet̄ illū eſſe mortuū. Ideo cuʒ aſſerit eū factū extraneū a dolore mortis: denotat ꝙ in ſepatione anime a ſuo corpe nullū ſenſit dolorem. Inſup ꝛ ꝙ eius corpus ſit ab incineratōe ꝑſeruatū vl' abſcōditū icorruptū vſqꝫ i diē iudicij. Vl' vt magis pie credere poſſumꝰ iterꝫ aīe reunitū atqꝫ ꝺlatū ad celū empirreū vbi cū xp̄o ꝛ virgine matre gloria tā aīe q̄ʒ corporis gaudet. ¶ Tertio amor xp̄i ad Ioannē concluſus fuit in ſupna glorificatione. Sicut enī magnuʒ fecit eū meritis in eccl'ia militāte: ita magnificauit eū in beata gloria. Sʒ qꝛ illius menſuram inueſtigare nō poſſumꝰ tn̄ id cōſideremus ꝙ beatiſſimi Ioānis gloria ꝑeminet magnitudini ꝛ potētie quorūcunqꝫ regū ꝛ imperatoruʒ huius mūdi: qm̄ Ioānes in eternū viuit glorioſus cū xp̄o: illorū vero memoria perijt cū ſonitu. Quidnā ampliꝰ de diuitijs: de delitijs: de magnificētijs: ꝺ pōpa: de famulatu de fama: de ꝑſtātia illoꝝ iꝑatoꝝ q tp̄e Ioānis euangeliſte clariſſimi fuerūt in orbe. O infelix humana ꝯditio. O labilis humane vite decurſus. Impauit Tiberius poſt Octauianū ānis vigintitribꝰ: quo regnāte anno vt puto quintodecimo ſui imperij: Ioānes factus ē apoſtolus xp̄i: ꝛ nihilominus mortuꝰ ē. Gayus galligula poſt ip̄m impauit annis fere quattuor et mortuus ē. Claudius ſucceſſit huic ꝛ cū imperaſſet annis fere quattuordecim mortuus eſt veneno extinctꝰ fraude vxoris. Nero ſumpſit imperiū regnauitqꝫ annis tredecim: menſibꝰ octo: ꝛ ſeip̄m interficiens mortuꝰ eſt. Galba illi ſucceſſit ꝛ dū imperaſſet menſibus ſeptem ab Ottone occiſus mortuus eſt. Otto inuaſit imperiū ꝛ metu vitellij ſe occidens mortuꝰ eſt Vitellius impare volēs a militibus Veſpaſiani pugnando occiſus ē. Fuitqꝫ impiuʒ Galbe Ottonis ꝛ Vitellij circirer mēſes decē ꝛ octo ꝛ ſicut ꝑdictū eſt mortui ſunt. Veſpaſianꝰ i imperiuʒ ſublimatus cū imperaſſet annis decem mortuus eſt. Titus filius eiꝰ imperauit annis duobus ꝛ mortuꝰ eſt. Domitianus frater Titi impauit annis quindecim: menſibꝰ quinqꝫ: qui edificauit templū Pantheon: ꝛ Ioanneʒ i doliū feruentis olei iuſſit poni. Anno xp̄i nonageſimo ſexto: tandē a ſuis cubiculariis occiſus ē. Nerua ſecutꝰ ē q impauit anno vno: mēſibus quattuor ꝛ mortuꝰ eſt. Traianꝰ impium ſuſcepit ꝛ cū regnaſſʒ annis decē ꝛ nouē: ꝛ mēſibus ſex mortuꝰ ē. Quid ex his remāſit niſi cineres ꝛ vermes. At Ioānes vſqꝫ ad ſcḋʒ Traiani annū impauit vitijs vt ab eo diſcederent regnauit in decore virtutū: ſeruauit ꝑcepta ſui dilecti magiſtri: cōtempſit mundū ſpreuit ter



...IOTECA UNIVERSITARIA

rena:tpalia queqꝫ deiecit:tulit patienter aduer
ſa. Et tandē in ſenectute bona migrauit ad ce/
los. Ibi nūc fruit eterna pace. Ibi exultat cum
angelis ſanctꝭ. Ibi poſſidet omne bonū eiuſqꝫ
memoria facta ē ſēpiterna. Ibi deniqꝫ ꝓ ſuis
deuotis īterpellare nō ceſſat. Quē deprecemur
oēs vt ꝓ nobis itercedat apud xp̄m dn̄m oīm
ꝛ ſuā benigniſſimā matrē quatenꝰ in hoc ſecu
lo digni efficiamur grā dei. ꝛ in futuro beatitu
dinem illā poſſideamꝰ que ē ip̄e deꝰ: qui viuit
ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sermo trigeſimuſſextus de ſancto Jacobo
maiore filio Zebedei ꝛ frē Joānis euāgeliſte.

## Idit alios duos

fratres Jacobū Zebedei ꝛ Joānē
fratrē eius in naui cū Zebedeo p̄re
eoꝝ reficientes retia ſua ꝛ vocauit
eos. Scribunt hec verba originalit̄ Matthei.
iiij.ca. In toto terraꝝ orbe beatiſſimus apl'us
Jacobus colit a cūctis fidelibꝰ deuotiōe feruē
tiſſima: qm̄ ſicut meritis apud dn̄m magnꝰ in/
uentus ē: ita eiꝰ patrociniū expoſcētibus beni/
gnus ac liberaliſſimꝰ inuenit. Ip̄e ē q Jacobꝰ
maior vocat ſicut ꝛ alter minor qđ iō fit qꝛ pri
or illo a xp̄o vocatus ē. Inſup ad maiorē fami
liaritatē admiſſus fuit vt p̄dictū eſt de Joāne
euāgeliſta: ꝛ inter apl'os primꝰ martyriū ſuſce
pit: celeſteqꝫ regnū intrauit. Quia hodie eccleſia
feſtū illiꝰ ſolenniter celebrat: decet nos quantū
poſſumꝰ cū dei adiutorio laudibꝰ eius inſiſtere
quē iō xp̄s ad aplatum aſſumpſit vt clarus fie
ret virtutibꝰ atqꝫ ſignis. Quare de ipſo in pre
ſenti ſermone dicemꝰ de quo tria myſteria ꝓ/
ponimus contemplanda.

Primū dicit diabolice ſuperationis.
Secundū virtuoſe tollerationis.
Tertiū gratioſe auxiliationis.

¶ Qualiter beatꝰ Jacobꝰ ſupauit diabolicas
artes: ꝛ quō pōt diabolꝰ humana corpa mole
ſtare ꝛ viſibiliter apparere ac transfigurare ſe
in angelum lucis. Capitulum. j.

Rimū myſteriū ꝯtēplandū de beato Ja/
cobo dicit diabolice ſupationis. Nā dia/
bolicas artes xp̄i virtute deuicit: vt eni ſcribit
Matth. x. ca. Cōuocatis ieſus. xij. diſcipulis ſu
is dedit illis ptātē ſpirituū imūdoꝝ vt eiecerēt
eos: qualiter hodie Jacobus demones expugna
uit ex legenda ipſius colligere poſſumꝰ. vbi ſic
habet. Poſt aſcenſionē dn̄i dū Jacobus p iu/
deam ꝛ ſamariā predicaſſet in hiſpaniā tandē
venit: ſꝫ dū ibi nil ꝑficere ſe videret ꝛ tm̄ nouē
ibi diſcipulos acquiſiuiſſet duos ex illis cauſa
predicandi ibi reliquit: ꝛ alios ſeptē ſecū aſſu/
mens iteꝝ in iudeā abijt. Cū ergo ibi verbum
dn̄i p̄dicaret: magus qdaꝫ noīe Hermogenes
ad inſtantiā phariſeoꝝ diſcipulū ſuū noīe File
tum ad Jacobū miſit vt ip̄m Filetus corā iu/
deis ꝯuinceret qꝫ ſua predicatio falſa eēt: at vbi
ille Jacobū vidit audiuitqꝫ docentē atqꝫ inſpe
xit ſigā ꝛ miracula q̄ dn̄s faciebat p eū corde cō
pūctꝰ ad Hermogenē redijt ꝯteſtās ſe diſcipu
lū Jacobi velle fieri pſuadēs vt idē Hermoge
nes faceret. Sꝫ ꝓpterea indignatꝰ Hermoge
nes arte ſua magica ita cū īmobileꝫ fecit vt ſe
nullatenus mouere poſſꝫ dicēs. Videbimus ſi
Jacobꝰ tuꝰ te ſaluet. Qđ cū Filetus Jacobo p
puerū nūciaſſet: miſit ad eū Jacobus ſudariū
ſuū dicēs. Accipiat ſudariū ꝛ dicat: dn̄s erigit
eliſos: dn̄s ſoluit cōpeditos. Statimqꝫ vt de
ſudario tactus ē ſolutꝰ a vinculis magicis ar/
tibus Hermogenis inſultauit: ꝛ ad Jacobuꝫ
ꝓperauit. Iteꝝ Hermogenes demones aduo
cauit p̄cipiens vt ipꝫ Jacobū vinctū cū Fileto
ad ſe adducāt. Qui veniētes ad Jacobū i aere
vlulare ceperūt dicētes. Jacobe apl'e miſerere
nobis qꝛ ſatis ardemus. Miſit nos Hermo/
genes ꝛ mox vt ad te venimꝰ angelus dei nos
moleſtare nō ceſſat. Quibꝰ Jacobꝰ. Dimittat
vos angelus ꝛ ad Hermogenē redite eūqꝫ ad
me vinctū adducite ſed illeſum. Qđ illi ꝓtinus
cōpleuerūt vinctūqꝫ adduxerūt ad Jacobum:
quē a Fileto fecit exſolui: nō ſinens diabolos il
li nocere. Dixitqꝫ illi: perge quo vis ꝛ tua vte/
re libertate: qꝛ nemo inuitus bene agit. At ille
mutatus in alteꝝ virū veniā humiliter poſtu/
lauit. Acceptoqꝫ p̄ timore demonū baculo Ja/
cobi perrexit ad domū ꝛ oēs libros artis ma/
gice ad apl'm cremandos adduxit. Quos tamē
Jacobꝰ in mare proijci fecit. Itaqꝫ Hermoge
nes de cetero apl'o adherēs virtutibꝰ plurimis
floruit. Propter ea que dicta ſūt tria dubia de
demonibus ſunt aperienda.

¶ Primum vtrum demones poſſint huma/
na corpora moleſtare.
Scđm vtrū poſſint hoībus viſibilit̄ apparere.
Tertiū vtrū peccet q adorat diabolū cū ſe trāſ/
figurat in angelum lucis.

¶ Ad primū dubiū dicimus: qꝫ cū pmittit deꝰ
poſſunt demones humana corpa multimode
pturbare etiā ꝛ mortē inferre. Qđ exēplis cla/
riſſimis demonſtramꝰ. Scribit nanqꝫ Thobie

vj.ca.ꝙ Sara fuit ſucceſſiue tradita ſepte᷒ vi/
ris quos oēs occidit demoniū᷒. Et Job.ij.ca.
Egreſſus ſathan a facie dn̄i pcuſſit Job vlcere
peſſimo a planta pedis vſq᷒ ad verticē ei⁹. Et
Matth.xv.ca. Filia chananee male a demonio
vexabaṫ. Et Matth.xvij.ca. Xp̄s eiecit demo/
nium a puero q lunaticus erat: ⁊ ſepe cadebat
in ignē ⁊ crebro in aquā: ⁊ curatus ē puer ex il
la hora. Et Luce.xj. ⁊ Matthei.xij. Erat ieſus
eijciens demoniū ⁊ illud erat mutū: ⁊ cū eieciſ/
ſet demoniū locutus ē mut⁹. Criſo⁹.ait. Qꝛ de/
mon fecerat illū hoīem mutū: ſurdū: ⁊ cecum.
Ideo demone abiecto ſanatus ē. In vitiſpatꝝ
legiṫ de beato Antonio. ꝙ dum in quodā tu/
mulo latitaret multitudo demonū adeo illum
lacerauit ꝙ a diſcipulo ei⁹ quaſi mortu⁹ inuen
tus eſt: ab eoq᷒ inde aſportatus humeris pro/
prijs: cū nocte ad ſe redijſſet a p̄fato diſcipulo
ad eundē locum aſportari ſe fecit. Qui cum ex
dolore proſtratus iaceret ex virtute animi ad
conflictum demones excitabat: quem illi ite
rum verberibus crudeliſſimis affecerunt. Tūc
ſubito ſplendor maxim⁹ ibi apparuit: ⁊ demo/
nes cunctos fugauit. Antoni⁹ aūt ꝯtinuo ſana
tus eſt. Ibiq᷒ xp̄m adeſſe intelligens ait. Vbi
eras bone ieſu: vbi eras? Quare a principio nō
affuiſti vt me adiuuares ⁊ vulnera mea ſana/
res. Cui dn̄s: Antoni hic eram ſ᷒ expectabam
videre certamē tuū. Nūc aūt quia viriliter di/
micaſti in toto orbe faciā te nominari. De ſan
cto Dominico ſcriptū eſt in ſua legenda ꝙ exi
ſtente ip̄o Bononie cū f̄res iā ad dormiendū
iuiſſent: quidā ꝯuerſus a diabolo vexari cepit:
qḋ cu᷒ frater Ranerius lauſanenſis magiſter
eius audiſſet: beato Dominico ſtuduit indica/
re qui ad eccl'iam ante altare ipſum portari p̄/
cepit: vbi cū vir a decē fratrib⁹ fuiſſet adduct⁹
btūs Dn̄icus diabolo dixit. Adiuro te miſer
vt dicas mihi quare vexas creaturā dei ⁊ quō
huc itraſti. Qui r̄ndit: vexo illū q꞉ heri bibit in
ciuitate ſine licētia nō adhibito ſigno crucis.
Qḋ poſtmodū cōpertu᷒ eſt verꝝ fuiſſe. Ad ora
tionē ꝟo beati Dominici campana ad matu/
tinum pulſante: diabolus ab illo diſceſſit. Re/
fert Ambroſi⁹ qui paſſionē beate Agnetis de/
ſcripſit ꝙ filius prefecti volens illi vim infer/
re ⁊ violenter illā opprimere: prefocatus a dia
bolo expirauit. In vita etiā ſanctoꝝ Simpli/
cij Fauſtini ⁊ Beatricis habeṫ ꝙ Lucreti⁹ pre
fectus q ipſa᷒ beatricē ſororē Simplicij ⁊ Fau
ſtini renuentē idolis imolare precepit ſuffoca/
ri: a diabolo arreptus ⁊ p tres horas vexatus
mortuus eſt. De Zoroaſtre vero bactrianoru᷒
rege qui qn̄ natus ē riſit vt ait Solinus ⁊ Au
guſtinus li.xxj. de ciui. dei ⁊ magicas artes in
uenit ſm̄ Iſidoꝝ li.ethimo.viij. ſcd̄m aliquos
teneṫ ꝙ l᷒ bello fuerit a Nino deuict⁹: tn̄ a de/
mone quē importunus frequentabat occiſus
eſt. Sufficiant iā que dicta ſunt: ad intelligen/
dum ꝙ niſi deimanu poteſtas diaboli arceaṫ:
multimoda poteſt humāis corporib⁹ nocumē
ta inferre. Quandoq᷒ ꝟo ſinit illū de⁹ talia fa
cere vel ad ſue glorie manifeſtationē ſicut eue/
nit in illis q vexati ſuo noīe ⁊ ſanctoꝝ meritis
liberanṫ. Vel ad bonorū exercitationē atq᷒ il/
lorum pacientie cōmendationē: ſicut factū eſt
in Job ⁊ Antonio. Vel ad iniquoꝝ vindicta᷒
⁊ punitionē ſicut cōtigit illis quos demoniu᷒
interfecit. Nā vt inquit Tho. p̄ma pte.q.cxiiij.
arti.j. demones impugnant hoīes dupliciter.
Vno modo inducēdo ad peccatū ⁊ ſic nō mit/
tuntur a deo ſed aliquādo p̄mittunṫ ſcd̄m dei
iuſta iudicia. Aliqn̄ impugnant homines pu/
niendo ⁊ ſic non tm̄ permittuntur: ſed etiam
mittuntur a deo: pena enim refertur in deum
ſicut in primum actorem. Et tamē demones
ad puniendum miſſi alia intentione puniunt
q̄᷒ mittantur. Nam ipſi puniunt ex odio vel
inuidia: mittuntur aūt a deo propter eius iuſti
ciam. Et licet poſſint vt iam tactum eſt huma
na corpora ledere: non tamen tanta eſt illorum
poteſtas vt valeant corporis liniamēta in mē
bra brutorum animalium transformare: de q̄
materia plene dictum eſt in tractatu de timo/
re iudiciorum dei in ſermone de bello demonū
⁊ hominum. ¶ Secundum dubiū fuit vtrum
demones poſſint hominibus viſibiliter appa
rere. Et ad hoc reſpondeo ꝙ ſinente deo appa/
rent qn̄q᷒ in aſſumptis corporibus: qḋ etiam
ex illis que diebus noſtris euenerunt probare
poſſumus. Nam anno dn̄i. Mcccclxvij. dum
eram apud Albēgam in prouincia ianue affui
examinationi quarundam mulierum que ma
lefice putabantur: audiuiq᷒ ex ore illarum qua
liter demones familiares habebant qui eis ap
parere conſueuerunt in humana effigie ⁊ mul
ta veriſimilia de eorum cōmercio retulerunt.
In ꝓuīcia ſancti Franciſci apud noceriā fuit
alia mulier Santucia noīe que multa ſecreta
hominib⁹ reuelabat. Conſtruxerat ꝟo ſibi do
mūculam extra cōem habitationē in p̄dio ſuo
in q̄ duo ſui filij cōmorabāṫ in tētorijs vt ve/

nientibꝰ ad matrē venderēt vinū ꝛ alia neceſ/
ſaria. Quidā aūt ruſticus dū pecuniā in pāno
ligatā perdidiſſet ad eā ſe ꝯtulit. Ibiqꝫ hoſpi/
tatus vt mane a Santucia de ſua pecunia in
formaret. Media nocte audiuit extra tuguriū
Santuciā cū alio loquētē: ille diabolꝰ erat: naꝫ
ſurrexit ruſticus ꝛ caute explorans q̄ nā hec fo
rent: vidit Santuciā denudatā: audiuitqꝫ illā
dicentē: vbi ē pecunia huius ruſtici. Ad q̄ vba
audiuit diabolū reſpondentē: lꝫ illū oculis nō
videret. Pecunia iſtiꝰ ē in vētre porci ſui q̄ ce
cidit dū erat in ſtabulo ꝛ porcus ibi comedens
cū alijs imundicijs illā deglutiuit: dicas tñ ei
qꝛ vxor eius furata ē vt ſic diſcordia ſeminet
inter vxorē ꝛ ipm. Statim ruſticus inde diſceſ
ſit ꝛ concito greſſu ad ꝓpria feſtinās porcuꝫ
ſuū interfecit: in cuius viſceribus pecuniā per
ditam inuenit: deinde peruſiū ſe ꝯtulit malefi
cam accuſauit: q̄ ad iudiciū deducta: ꝛ de ſuis
cōuicta ſceleribꝰ igne crēata ē. ¶ Tertiū dubiū
fuit vtrum peccet q adorat diabolū cū ſe trāſfi
gurat in angelū lucis. Ad qd̄ ita dicit dñs Bo
nauen. in. iij. di. ix. ar. j. q. vj. ꝙ honor latrie pōt
aduerſario xp̄i dupliciť exhiberi: aut ſimpliciť
aut ſub cōditiōe. Si ſimpliciter dico ꝙ nō pōt
eſſe ſine peccato: offertur enī cultꝰ latrie alteri
qꝫ deo: ꝛ iō eſt ibi peccatū idolatrie: nec excuſa
tur rōne ignorātie. Habet enī hō triplex adiu
toriū p qd̄ pōt errorē deuitare. Primū ē reme
dium admonitionis ſacre ſcripture q̄ dicit ꝙ
multi venturi ſunt in noīe xp̄i mēdaciter. Se/
cundū ē remediū ſctē oratiōis qua ad deū de/
bet hō recurrere vt cor eiꝰ illuminet. Tertium
eſt ſuſpenſio credulitatis ſue. Nō enī debet hō
oī ſpūi credere ſꝫ ꝓbare ſi ex deo ſunt. Qui enī
cito credit in talibꝰ leuis ē corde: ꝛ fortaſſis in/
flatus in corde ad tales viſiones ꝛ reuelatiōes
idoneū ſe eē exiſtimat: vñ tales apparitiones
potius ſunt formidāde qꝫ deſiderāde. Narrať
enī de quodā ſctō patre ꝙ cū ei diabolꝰ in ſpe/
cie xp̄i apparuiſſet: ille clauſis oculis dixit ſe in
hac vita nolle xp̄m videre. At diabolꝰ eiꝰ hu/
militate confuſus ſtatim euanuit. Econtra de
pluribus dicit q ſe ad viſiones idoneos repu/
tauerunt ꝛ deſiderauerūt ꝙ in multas inſani/
as ꝛ errores p̄cipitati ſunt. Et ideo ſi ſimpliciť
adorat qs xp̄i aduerſariū nō excuſať a peccato
etiā ſi credat ipſū eē chriſtū. Si etiā adoret ſub
conditione hoc pōt eē dupliciter: aut qꝛ eſt illa
conditio habitualiter aut actualiter ꝯſiderata
ſiue oppoſita. Si actualiter ſic ñ adorat ipꝫ luci
ferum: ſꝫ magis chriſtū qa nō ſtat oro niſi ſtan
te ꝯditiōe ꝛ ad eū referť adoratio ad quē refer
tur adorationis ipletio vel intētio. Si aūt illa
ꝯditio ſit ſub ꝯditiōe habituali, hꝫ mō nō ſuffi/
cit ad vitandū peccatū idolatrie reſpectu huiꝰ
apparitiōis ſiue trāſfiguratiōis: ſufficit tñ re/
ſpectu ſacramenti altaris. Nā talis trāſfigu/
ratio ē inſolita. Et ideo nō debet ad eā precipi
tanter ſeq adoratio: ſꝫ cū maturitate ꝛ preuia
oratiōe. Sꝫ ꝯſecratio hoſtie ē ꝯſueta: iō ſufficit
ꝙ adorans i habitu hāc habeat ꝯditionē vide
licet ſi ꝯſecratio ſit debito mō facta. Vñ pauci
vel nulli fideles, in hac adoratiōe peccāt. Om
nes enim accedunt cū conditione iſta.

¶ De felici martyrio beati Iacobi ad qd̄ con/
currit ſanitas paralitici ꝛ conuerſio Ioſie atqꝫ
ſepulture miraculoſa diſpoſitio. Capitulū. ij.

Ecundū myſteriū ꝯtēplandū de btō Ia/
cobo dicit virtuoſe tolleratiōis. Nā pro
chriſto martyriū capitis obtrūcatione ſuſtinu/
it: circa qd̄ tria ꝑuilegia ꝯſideremus.
Primū fuit paralitici ſanatio.
Scd̄m Ioſie conuerſio.
Tertiū ſepulture diſpoſitio.

¶ Primū ꝑuilegiū fuit paralitici ſanatio. Cū
enī iuſſu Herodis ad decollandū duceret qdā
paraliticus in uia iacens ad eū clamauit vt ſi/
bi ſanitatē cōferret. Cui Iacobus ait. In noīe
ieſu chriſti ꝑ cuiꝰ fide ducor ad decollādū exur
ge ſanus: ꝛ bñdic creatorē tuū: q ſtatim ſanus
factꝰ ſurrexit ꝛ dñꝫ bñdixit. ¶ Scd̄m ꝑuilegi/
um fuit Ioſie ꝯuerſio. Is enī funem in collo
eius miſerat illūqꝫ trahebat: q viſo miraculo
paralitici ad pedes Iacobi ſe ꝓſtrauit ꝛ veniā
petēs xp̄ianū fieri ſe poſtulauit: qd̄ cū vidiſſet
Abiachar pontifex ſibi dixit: niſi nomē chriſti
maledixeris cuꝫ ipſo Iacobo dcollaberis. Cui
Ioſias. Maledictꝰ tu: Nomē aūt dñi nři ieſu
chriſti ſit bñdictū in ſecula. Tūc Abiachar os
eius pugnis cedi iuſſit ꝛ miſſa de eo legatione
ad Herodē ipetrauit vt cū Iacob decollaret.
Cū aūt decollari deberēt Iacobus a ſpiculato
re lagenā aque petijt ꝛ ibidē Ioſiam ꝓtinꝰ ba
ptiçauit: ꝛ ſtatim capitis obtrūcatione marty
rium ꝯſūmauit. Decollatus ē aūt beatꝰ Iaco/
bus. viij. kal. aprilis. in annūciatione domīe et
viij. kal. auguſti. in cōpoſtellā trāſlatus: ꝛ ter/
tio kalēdas ianuarij ſepultꝰ: qꝛ ſepultura eius
fabricata fuit ab auguſto vſqꝫ ad ianuariū ꝓ/
longata. Statuit tñ eccl'ia vt feſtū eiꝰ. viij. kal
auguſti tp̄e. ſ. magiſ ꝯgruo celebraret ¶ Tertiū

priuilegium fuit ſepulture diſpoſitio. vt enim
refert Joānes Beleth. decollato Jacobo diſci
puli corpus eius nocte timore iudeoꝝ rapien⸗
tes naui illud impoſuerunt: ⁊ ſepulturā diui⸗
ne ꝓuidētie cōmittētes nauim ſine remige cō
ſcenderūt. Et angelo dñi duce in galiciam in
regno lupe applicuerunt: Erat ibi regina ſic di
cta Lupa noīe ⁊ merito vite: deponētes ergo
corpus de naui ſuꝑ quendaꝫ magnū lapidem
illud poſuerunt: qui lapis mox vt cera corpori
ceſſit ⁊ in ſarcophagū corpori ſe mirabiliter co
aptauit. Ingredientes igit̃ diſcipuli ad Lupā
dixerunt. Dñs ieſus xp̃s mittit ad te corpꝰ diſ
cipuli vt quē noluiſti ſuſcipe viuum ſuſcipias
nūc defunctū. Et narrantes ei miraculū quali⸗
ter. ſ. illuc ſine remige aduenissent locū eius ſe⸗
pulture cōgruum petierunt. Que dum regina
audiſſet vt prefatꝰ Joānes Beleth dic̃ eos in
dolo ad quendā virū crudeliſſimū deſtinauit:
vt eius ſuꝑ hoc conſenſum haberēt. Qui eos
cepit ⁊ in carcerē recluſit. Cuꝫ aūt ille diſcūbe⸗
ret angelus dñi apparuit ⁊ eos libere abire ꝑ⸗
miſit. Qui ad reginā redeūtes iteꝝ petierunt
locū ſepulture ꝓ corꝑe beatiſſimi Jacobi. qui⸗
bus illa rñdit. Accipite boues quos habeo in
tali monte ⁊ plauſtrū iungite ac corpus dñi ve
ſtri deferte: ⁊ locum ſicut volueritis edificate.
Hoc aūt Lupa doloſe dicebat. Sciebat enim
boues eē thauros indomitos ⁊ ſilueſtres. Et iō
putauit ꝙ nō poſſent iungi nec applicari: vel
ſi iungerent̃ huc illucqꝫ diſcurrerent ⁊ ſic cur⸗
rum diſſiparent ⁊ corpus eijcerent ⁊ ipſos ne⸗
carent. Sed nō eſt ſapiētia cōtra deū. Illaꝫ illi
dolū non cogitātes montē aſcenderūt: ⁊ draco
nem quendā ignē ſpirantē ⁊ in eos irruentem
cruce oppoſita ꝑ mediū ventrē ſcindunt: facto
etiā ſuꝑ thauros ſigno crucis velut agni ꝓti⸗
nus māſueuerūt. Et eos iungētes corpus ſan
cti Jacobi cū lapide ſuper quē poſitū fuerat in
curru poſuerunt. Boues aūt ſine alicuius regi
mine corpus in mediū palatiū Lupe adduxe⸗
runt. Qđ illa videns ⁊ ſtupens credidit ⁊ xp̃ia
na facta: oīa que petierūt tribuit ⁊ palatiū in
eccl̃iam ſancto dedicās magnifice ipſam dota
uit ⁊ in bonis operibus vitā finiuit.

¶ Qualiter beatus Jacobus gratioſus ē ⁊ be
nignus his qui implorant eius patrocinium.
Capitulum. iij.

Ertium myſteriuꝫ ꝯtemplandū de beato
Jacobo dicit̃ gratioſe auxiliationis. Res
mira ē ꝯſiderare q̃ꝫ ꝓmpte q̃ꝫ abunde q̃ue ce
leriter Jacobus in celo beatus ſuis deuotis ⁊
ſuffragia illius expoſcētibꝰ frequēter occurrat
Omiſſis tñ multis que dici poſſent. tria in hac
parte ſtupenda miracula exponemus. Primū
eſt de quodā Bernardo mutinenſe q dū captꝰ
⁊ cathenatꝰ in ꝓfundo turris poſitꝰ eſſet ⁊ ſꝑ
beatū Jacobū inuocaret apparuit ei ſanctꝰ Ja
cobus dicēs. Veni ſequere me in galiciā. Ille
ꝟo vinculis ad collū ſuſpenſis ad ſummitatē
turris ꝯſcendit: ⁊ inde ſine aliqua leſione ſaltū
vnū fecit cū turris ſexaginta cubitoꝝ altitudi
nem poſſideret. Secundū miraculū fuit de tri
ginta viris de lothoringia: q circa annum dñi.
M. lxx. ad ſanctū Jacobū ꝓperantes oēs vno
excepto fidē ſibi mutui ſeruitij ꝓmiſerūt. Vnꝰ
igit̃ infirmatus a cunctis relinquit̃ ⁊ a ſolo il⸗
lo q fidē nō ꝓmiſerat ad pedē montis ſancti
Michaelis cuſtodit̃. Sꝫ adueſpaſcēte die mo⸗
ritur: viuꝰ aūt ꝓpter loci ſolitudinē ⁊ defuncti
mortē ⁊ iminētis noctis caliginē: ⁊ gētis bar⸗
bare feritatē timuit valde. Sꝫ ſtatim ſanctus
Jacobus in ſpecie equitis ſibi apparēs ⁊ eū cō
ſolans ait. Trade mihi hūc mortuū ⁊ tu aſcen
de poſt me ſuper equū. Sicqꝫ illa nocte ante ſo
lis ortū dictas quindeciꝫ ꝑagentes ad monteꝫ
gaudij q ē dimidia leuga circa ſanctū Jacobū
ꝑuenerunt. Ibiqꝫ ſanctus Jacobꝰ vtrūqꝫ de⸗
poſuit: ꝑcipiēs vt canonicos ſancti Jacobi ad
ſepeliēdū ꝑegrinū mortuū cōuocaret ac ſocijs
ſuis diceret ꝙ ꝓpter fidē violatā eoꝝ ꝑegrina
tio nil valeret. Qui iuſſa cōpleuit ⁊ ſocijs ea q̃
ſanctus Jacobus dixerat intimauit. Tertium
miraculū de eo legitur de quodā theothonico
q cū filio ſuo circa annū dñi Mileſimūn na⸗
geſimum ad ſanctuꝫ Jacobū ꝑgens: ⁊ in vrbe
Tholoſana grã hoſpitādi diuertens ab hoſpi
te inebriatur ⁊ ab eo in malis ciphus argente
us abſcondit̃. Mane igit̃ exeūtes quaſi latro⸗
nes inſequit̃ eos: ⁊ ꝙ ciphū fuiſſent furati eis
obiecit. Qđ cū inuentū fuiſſet iudici accuſant̃.
Data ꝟo ſentētia oīa q̃ habebāt hoſpiti dant̃
⁊ vnus eoꝝ ad ſuſpēdiū iudicat̃. Sed cū pater
ꝓ filio ⁊ filius ꝓ patre mori vellet: tādē filius
ſuſpendit̃: ⁊ pr̃ merēs ad ſanctū Jacobū ꝓgre
ditur. Igit̃ poſt trigintaſex dies rediēs ad cor⸗
pus filij ſui diuertit: lamentabiles voces emit
tens. Et ecce filiꝰ ſuſpenſus cepit conſolari eū
dicēs. Dilectiſſime pater noli flere qm̃ huc uſqꝫ
ſanctus Jacobus me ſuſtētauit ⁊ celeſti dulce⸗
dine refocillauit. Qđ pater audiens ad vrbem
cucurrit: ⁊ venientes populi ꝑegrini filiū inco

lumẽ depoſuerũt ⁊ hoſpitẽ ſuſpẽderũt. Sũt
⁊ alia miracula in eiꝰ legẽda poſita q̄ cauſa bre
uitatis dimitrimꝰ. Retulimus tm̄ iſta tria vt
ſic inflāment ad beati Jacobi deuotionē oēs
illi q̄ ſepenumero in hac vita tribulatōibꝰ agi
tant: habeāt btm̄ Jacobū aduocatū ⁊ ñ deerit
eis auxiliū de celo. In quo ipſe glorioſus cū xp̄o
letatur p̄ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo trigeſimuſſeptimꝰ de ſcō Mattheo
apoſtolo ⁊ euāgeliſta q̄ xp̄m ſecutus eſt in obe
dientia: paupertate: ⁊ patientia.

**Vrgens ſecutus**
eſt eū. Scribunt hec v̄ba Matth.
ix. ca. ⁊ in euangelio preſentis ſolen
nitatis. Grauiſſima ē iactura illoꝝ
q̄ toto affectu diuitijs huiꝰ ſeculi ſeſe dederūt
Temporalia quippe oīa trāſitoria ſūt ⁊ cito de
pereūt. Propterea inq̄t Dauid in pſalmo. dor
mierūt ſomniū ſuū ⁊ nihil inuenerūt oēs viri
diuitiaꝝ in manibꝰ ſuis. Saluberrimū itaq̄ ⁊
ab oībus acceptandū ſaluatoris noſtri ē docu
mentum. qui Matthei. vj. ca. dixit. Nolite the
ſaurizare vobis theſauros in terra. Theſauri/
zate ī celo vbi nec fures timent neq̄ tinea for/
midat. Audiuit hec verba ſanctꝰ Matthēꝰ ⁊
vocatus a chriſto calcatis oībus huiꝰ mūdi bo
nis apoſtolicā vitā ſeruauit. Tamen vt p̄ eiꝰ
geſta magnifica cōprehēdamꝰ. in hoc ſermone
conabimur laudes eius depromere ſub titulo
de xp̄i ſequela. Notabimꝰ aūt principalit̄ tria
in q̄bus ipſe ſecutꝰ ē xp̄m ducē ⁊ caput omniū.
Primū fuit obedientia.
Scōm paupertas.
Tertium patientia.

¶ Qz beatus Mattheus obediuit xp̄o vocan/
ti. Et qualiter in oībus obediendum eſt deo ⁊
quare obedientia ſit homini preſtanda: Et de
ſeptem obedientie gradibus. Capitulum. j.

Rimū in quo Matthēꝰ ſecutus fuit xp̄m
eſt obedientia. Erat ipſe natione iudeꝰ vt
Hieroꝰ aſſerit in ꝓlogo in Mattheū. officio
publicanus. i. curā hñs de publicis actibꝰ ſcōꝫ
Nicho. de lira. Erāt enī tunc iudei tributarij
Romanoꝝ. Et illi q̄ colligebāt tributū roma
nis mittendū dicebant publicani. Huiuſmodi
cōmuniter ſunt campſores ⁊ pecuniaꝝ nume/
ratores. Vidit ergo ieſus illū ſedentē in tholo
neo. Et tholoneū ꝓnūciat penultima ꝓducta
Dixitq̄ illi. Sequere me. Confeſtim obediuit
Nō replicauit: nō cauſam exegit: nō ɔ̄dixit: nō
deniq̄ paſſus eſt morā. In hoc xp̄o quantum
potuit ſe fecit cōformē q̄ patri eterno eſt factꝰ
obediens vſq̄ ad mortē. vt dicit ad Phili. ij.
ca. Sꝫ vt obedientie virtus clariꝰ eluceſcat in
hoc loco tria dubia ſe ingerūt declaranda.
Primū vtrū deo ſit in oībus obediendū.
Scōm vtrū hoī ſit obediendū.
Tertium qualiter eſt obediendum.

¶ Ad primū dubiū arguūt quidā ſic. Nihil ē
faciendū ɔ̄ virtutē: ſꝫ inueniunt quedā precē
pta dei ɔ̄ virtutē: ergo deo nō ē in illis obediē
dum. Precepit nāq̄ abrae vt occideret filiū
innocentē. ſicut patet Geneſis. xxij. ca. Et iu/
deis vt furarent res egyptioꝝ. vt ponit Exo/
di. xij. ca. qd̄ fuit ɔ̄ iuſticiā. ⁊ Oſee vt acciperet
mulierē adulterā qd̄ ē ɔ̄ caſtitatē. Sꝫ ſanctus
Tho. ꝑa ſe. q. ciiij. ad hoc ita rn̄det: Qz ſicut deꝰ
nihil operat ɔ̄ naturā: q2 hoc eſt natura vniuſ
cuiuſq̄ rei qd̄ in ea deꝰ operatur vt dicit Augꝰ
xix. de ciui. dei. ⁊ ēt glo. ad romanos. xj. ca. opa
tur tn̄ aliq̄d cōtra ſolitū curſum nature. Ita ēt
deꝰ nihil pōt precipere ɔ̄tra virtutē: q2 in hoc
principaliter cōſiſtit virtus ⁊ rectitudo volun
tatis humane q̄ dei voluntati cōformet ⁊ eiꝰ
ſequat imperiū q̄uis ſit ɔ̄ virtutis modū. Se/
cundū hoc ergo preceptum Abrae factū q̄ fili
um innocentē occideret nō fuit ɔ̄ iuſticiā: quia
deus ē dn̄s mortis ⁊ vite. Similiter nō fuit cō
tra iuſticiā q̄ mādauit iudeis vt res egyptioꝝ
acciperēt: q2 eius ſunt oīa: ⁊ cui voluerit dat il/
la. Vn̄. xiiij. q. v. ca. dixit dn̄s. dicit. Nec iſraeli
te furtū fecerūt ſꝫ deo iubenti miniſteriū exhi/
buerūt. Nec fuit ɔ̄ caſtitatē preceptū Oſee fa/
ctum: q2 ipſe deꝰ ē humane generationis ordi/
nator. Et ille ē debitus modus vtendi mulieri
bus quē deꝰ inſtituit. Concordat his dn̄s Bo
nauen. in ſuo ꝓmo di. xlvij. vbi ait. q̄ deus nō
pōt precipere malū manēs malū. ex eo q̄ illud
quod precipit ſp̄ ē bonū: lꝫ qn̄q̄ aliq̄d eſſet ma
lum anteq̄ ab ipſo preciperetur. Juſtū itaq̄ et
debitum ē in oībus obedere deo cui oīs crea/
tura famulatur. Ipſi nāq̄ obediūt oēs angeli
ſol ⁊ luna ⁊ oīa ſidera celi. Inſenſibilia elemen
ta ⁊ cuncta q̄ in celis ⁊ in terris reperiuntur.
Quantomagis eius imperio ſubiacere tenet hō
cui tot innumera largitus eſt beneficia: ⁊ ꝓpt̄
obedientiam pollicet eterna premia. ¶ Scōm
dubiū fuit vtrū homini ſit obediendū. Ad qd̄
ita rn̄det ſcūs Tho. vbi ſ. q̄ ſicut actiones reꝝ
naturaliū ꝓcedūt ex potētijs naturalibus ita

etiam opationes humane procedūt ex huma/
na voluntate. Oportuit aūt in rebꝰ naturalibꝰ
vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actio
nes p excellētiā naturalis virtutis collate diui
nitus. Vn̄ etiā in rebꝰ humanis oportet q̄ ſu
periores moueant inferiores p ſuā voluntatē
ex vi auctoritatis diuinitus ordinate. Moue/
re aūt p rōnem ꝛ voluntatē ē precipe. Et ideo
ſicut ordine naturali diuinitus inſtituto inferi
ora in rebus naturalibus neceſſe habent ſubdi
motioni ſuperioꝝ. Ita etiā in rebus humanis
ex ordine iuris naturalis ꝛ diuini tenent̄ infe/
riores ſuis ſupioribꝰ obedire. Hoc ē q̄ apl'us
dixit ad Roma.xiij.ca. Omnis aīa poteſtatibꝰ
ſublimioribus ſubdita eē debet. Nō eni ē po/
teſtas niſi a deo. Sʒ pleriqʒ obijciunt huic ſen
tentie cōtēdētes ,pbare q̄ nō debet hō homini
obedire: nā videt̄ hoc eē ꝯ ordinationē diuinā
cū deus hoīem condiderit in libertate arbitrij
ꝛ reliquerit illū in manu ꝯſilij ſui: quare videt̄
q̄ vnuſquiſqʒ ſuo cōſilio ꝛ volūtate nō alteriꝰ
precepto ſe regere debet: Ad h̄ ita rn̄det Tho.
q̄ deꝰ reliquit hoīem in manu cōſilij ſui: nō q2
liceat ei facere omne qđ vult ſʒ q2 ad id qđ faci
endū eſt nō cogit̄ neceſſitate nature ſicut crea/
ture irrationales: ſed libera electione ex ,pprio
conſilio ,pcedente. Et ſicut ad alia facienda dʒ
,pcedere ,pprio conſilio: ita etiā ad hoc q̄ obe/
diat ſuis ſuperioribus. Exquo obedire homi/
ni q ſupior ē in his q̄ ſpectāt ad ſuaʒ ſupiorita
teʒ debitū ē ꝛ laudabile. Immo obediētia cun
ctas virtutes morales excellit. Nā inter virtu
tes morales tāto aliq̄ potior ē q̄ʒtomagis ali/
quid ꝯtēnitur vt deo inhereat. Sunt aūt tria
genera humanoꝝ bonoꝝ q̄ hō pōt ꝯtēnere ,p
pter deum: quoꝝ infima ſunt exteriora bona.
Media ſunt bona corpis. Suprema aūt ſunt
bona aīe. Inter q̄ quodāmō precipua ē volun
tas inquātū.ſ.p voluntatē hō oībus alijs bo/
nis vtit̄. Et iō p ſe loquēdo laudabilior ē obe
dientie virtus qua qs ,ppter deū ꝯtēnit ,ppriā
voluntatē q̄ʒ alie virtutes morales que ,ppter
deū aliqua alia bona ꝯtēnunt. Iō Grego. vlti
mo moralium exponēs illud p̄mi regū. xv.ca.
Melior ē obediētia q̄ʒ victime inq̄t. Obedien
tia victimis iure p̄ponit̄: q2 p victimas aliena
caro: p obedientiā vero voluntas ,ppria ma/
ctatur. Quantū ꝟo obedientia ſit grata deo:
oſtendunt nobis exempla ,pbatiſſima. Nā in
vitiſpatrū narrat̄: q̄liter abbas Paulus pre/
cepit diſcipulo ſuo Joāni vt afferret ei funuʒ

bouiū quo idigebat. At ille ait: In loco vbi fi/
mus ē habitat leena. Cui abbas. Si venerit ſu
per te alliga eā ꝛ duc tecū. Iuit Joānes ꝛ inue
nit leenā irruentem ſup eū q voluit eā tenere
ſʒ ipſa aufugit. Joānes ꝟo ſequebat̄ eā dicēs
Abbas meus precepit vt alligataʒ ducā te ad
eū: mox beſtia ſubſtitit: ꝛ tenens eā reuertebat̄
ad monaſteriū. Qđ cū vidiſſet abbas ne forte
diſcipulus inde extolleret̄ dixit ei. Sicut tu in/
ſenſibilis es ita inſenſibilē beſtiā adduxiſti: ſol
ue ꝛ dimitte eā vt pergat ad locū ſuū. Refert
adhuc Grego.ij. dyalogoꝝ li. qualiter Mau/
rus miſſus a ſancto Benedicto vt ſuccurreret
placido puero quē rapuerāt aque p ſpatiū ſup
aquas ambulauit ꝛ puerū eduxit ſaluū: qđ ſan
ctus Benedictus obediētie merito deputauit
¶ Tertiū dubiū fuit qualiter ē obediendū. Ad
qđ ſcđm Bernardū dicimus q̄ ſeptē ſunt gra
dus obedientie. quoꝝ p̄mus eſt obedire libent̄
quē gradū ipſe ait nō pōt aſcendere q volūta
tem precipiētis ſuā nō fecerit. Iō xp̄s Joānis
iiij.ca. dicebat Meus cibꝰ ē vt faciā volūtatē
pr̄is mei q miſit me. Ex hoc Bernardus ait.
Quiſqs occulte ſatagit vt qđ vult ipſe h̄ ei pre
latus iniūgat: ipſe ſe ſeducit ſi forte ſibi q̄ſi de
obediētia blādiat̄. Neqʒ eni in ea ipſe p̄lato ſʒ
magis ei p̄latꝰ obedit. Et idē Bernardꝰ in ſer
monibꝰ. Maiorē inq̄t gr̄am meret̄ q paratū ſe
exhibet aū mandatū q̄ʒ q obedire ſatagit poſt
mandatū. Scđus gradus obediētie ē obedire
ſimplicit̄. Multos eni videmꝰ poſt precipiēt̄
impiū multas facere q̄ſtiōes ꝛ ſepiꝰ ingemina
re: q̄re h̄ fieri debeat: qs valet h̄ adimplere: et
huiuſmodi: inde murmuratio: excuſatio: ſimu/
latio: impoſſibilitas: aduocatio amicorum. Ta/
men de vero obediente dicitur in p̄s. In audi
tu auris obediuit mihi. Et Bernardus ad fra
tres de monte dn̄i ait. Verus obediens ſtultꝰ
fiat vt ſit ſapiens. ad hec omnis eius ſit diſcre
tio: vt in hoc nulla ei ſit diſcretio. Tertius gra
dus obedientie eſt obedire hilariter: Hilarem
enim datorem diligit deus vt dicitur ſc̄e ad
Corinthios.ix.ca. Ideo Bernardus ait. Sere/
nitas in vultu: dulcedo in ſermonibus multū
colorant obedientiam obſequentis. Nubilo/
ſa corporis compoſitio: ꝛ facies tenebris triſti
cie obfuſcata deuotionē ab animo receſſiſſe ſi/
gnificāt. Quartus gradus ē obedire velociter
Dictū fuit Zacheo Luce.xix. Feſtinans deſcē/
de. Apl'i iſup Petrꝰ ꝛ Andreas. Jacobꝰ ꝛ Jo
ānes ac ipe Matthēꝰ a xp̄o vocati ꝯtinuo ſe/

cuti ſunt eū. Quintus gradus eſt obedire viri/
liter in rebus videlicet arduis ⁊ duris. Unde
Bernardus ait. Memētote fratres chriſti qui
ne perderet obedientiā perdidit vitā. Sextus
gradus eſt obedire humiliter. Vñ ſaluator Lu
ce. xviij. ait. Cū oia benefeceritis que precepta
ſunt vobis: dicite ſerui inutiles ſumus qđ de/
buimus facere fecimus. Septimus gradus eſt
obedire perſeuerāter: qꝛ vt dicit̃ Matth. x. ca.
Qui aūt perſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus
erit. Igit̃ beatus Mattheus obedientiā cōple
xus eſt dum īmediate poſt chriſtū abire cepit.
Suſcepit tñ illū hoſpitio ⁊ in ſua domo para/
uit conuiuiū: diſcūbente ẋo chriſto: ecce multi
publicani ⁊ peccatores venientes diſcūbebant
cū ieſu ⁊ diſcipulis eius. videntes aūt phariſei
dicebāt diſcipulis. Quare cū publicanis ⁊ pec/
catoribus mâducat magiſter veſter? quaſi di/
cat: vos eſtis fatui qꝛ talē mgr̃m ſeqmini. At
ieſus audiens ait: nō eſt opus valentibus me/
dicus: ſed male habentibus. Medicū ſe vocat
aiarum. ſ. de quo in pš. dicit̃. Miſit verbū ſuū
⁊ ſanauit eos. Deinde chriſtus addidit. Eun/
tes diſcite. i. diligenter cōſiderate illud qđ ſcri/
bitur Oſee. vj. ca. Quid eſt miſericordiā volo ⁊
nō ſacrificiū: quaſi dicat: ſi hanc ſcripturā dili/
genter conſideretis inuenietis me facere ſcđm
ipſam: ꝓpter qđ cōcludit. Non eni veni voca/
re iuſtos ſed peccatores ad penitētiā. ſ. nā ⁊ ſi
aliquos iuſtos vocauerit ad augmentū gr̃e vt
Petrū ⁊ Andreā. ⁊ conſimiles: tñ peccatores
vocauit ſꝑ ad penitentiā. O pietas ieſu chriſti
benedicti. O verba dulciora ſuper mel ⁊ fauuꝫ
O deniqꝫ fiducia ⁊ ſpes indubitabilis languē
tium aiaꝝ. Non veni inquit vocare iuſtos ſed
peccatores. Expgiſcimini ad vocē tā: blandaꝫ
tā ſuauē: tāqꝫ benignā. Surgite o peccatores
a vitijs: deponite iam ſordes illoꝝ: vocat vos
chriſtus: obedite illi: ⁊ cum Mattheo ſequimi/
ni eum qui de ſe dixit. Qui ſequitur me nō am
bulat in tenebris.

¶ Qꝫ beatus Mattheus ſecutus fuit chriſtuꝫ
in pauptate que data fuit apl'is ſub precepto
quam ipſi diligenter obſeruauerunt mēdican/
tes. Capitulum. ij.

Ecundū in quo Mattheus ſecutus fuit
chriſtum eſt pauptas altiſſima: nā cūctis
diuitijs paupibus diſpenſatis nihil de cetero
poſſedit ꝓpriū. Pauptatē itaqꝫ voluntariam
ꝓfeſſus ē: vt ad celi diuitias pueniret. Mendi
cando igit̃ ſibi victū queſiuit: ⁊ elemoſinis bo/
norum viroꝝ ſe ſuſtētauit. Sed in hac parte
tria ſunt dubia explananda.

Primum vtrū paupertas fuit a chriſto data
apl'is ſub precepto.

Scđm vtrū apoſtoli vitam pauperem volun
tarie duxerunt.

Tertium vtrum ſit licitum mendicare.

¶ Ad primū dubiū reſpondemꝰ ſcđm doctri/
nam ſcripture atqꝫ ſanctoꝝ ꝙ chriſtus prece/
pit apl'is vt eēnt paupes. Vñ Ambroſiꝰ expo/
nens illud Luce. x. ca. Nihil tuleritis in via in
quit. Qualis debet eē q euāgeliçat regnuꝫ dei
preceptis apoſtolicis deſignat̃: vt ſine virga
ſine pera. Et glo. ſuꝑ illo verbo Actuū. iij. ca.
Argentum ⁊ auꝝ nō ē mihi. hoc dixit Petrꝰ
paralitico: memor illiꝰ precepti dominici: noli
poſſidere aurū. Et Augꝰ in li. de mirabilibus
ſacre ſcripture. In excuſatiōe elemoſine ⁊ pau
pertatis ꝓfeſſiōe dixit paralitico. Surge ⁊ am
bula: magiſtri preceptū ſeruās dicentis: nolite
poſſidere auꝝ. Et Bernardꝰ ad frēs de mōte
dñi. Cū diues ēet xp̄s paup ꝓ nobis factus ē
Et q voluntarie dedit preceptū pauptatis ip̄e
eiuſdē in ſe metipſo nobis formā dignatus ē
demonſtrare. Et Hieroꝰ ad Euſtochiū. Diſci
puli ſine calciamentoꝝ onere: ⁊ vinculis pelliū
ad predicationē noui euangelij deſtinant̃. Et
milites veſtimētis ieſu ſorte diuiſis: caligas ñ
habebat quas tollerēt: neqꝫ eni habere pote/
rat deus qđ ꝓhibuerat in ſeruis. Et Criſoſto.
omelia vltima ſuper Mattheū. Si bonū eſſet
auꝝ hoc vtiqꝫ dediſſet apl'is xp̄s quibꝰ ineffa/
bilia tribuit dona. Nūc aūt nō ſolū nō dedit ſꝫ
habere ꝓhibuit. ¶ Scđm dubiū fuit vtꝝ apl'i
preceptū datū de pauptate impleuerunt. Et ꝙ
ſic patet qꝛ ſcribit̃ Matth. xix. qualiter petrus
dixit xp̄o. Ecce nos reliquimꝰ oia. Et Matth.
iiij. ca. dicit̃. cōtinuo relictis oibꝰ ſecuti ſūt eū.
Euſebiꝰ in p̄mo li. eccleſiaſtice hiſtorie refert.
ꝙ poſt aſcenſionē xp̄i cū Abagarus rex ſanatꝰ
a thadeo apl'o precepiſſet dari ei aurū ⁊ argen/
tum: ille nō accepit dicēs. Si nr̃a reliquimus
quō accipiemus aliena? Et de hoc Hieroꝰ ad
Aggeruthiā ita ſcribit. Nemo apl'is pauperi/
or fuit: ⁊ nemo tm̃ pro dño dereliqt. Et idē ad
Metriadē virginē. Apoſtolici faſtigij ē pfecte
qꝫ virtutis oia vendere ⁊ pauperibꝰ diſtribue
re: ⁊ ſic leuē atqꝫ expeditū cū chriſto ad celeſtia
ſubuolare. Et idē ad Helbidiā. Vis pfecta eē
⁊ in p̄mo ſtare faſtigio dignitatis? fac qđ fece/
runt apl'i: vende oia q̄ habes ⁊ da paupibꝰ: ⁊

ſequere ſaluatorē ⁊ nudā ſolāqꝫ crucē ſola ſeq̄
ris. ¶ Tertiū dubiū fuit vtꝝ ſit licitū mendica
re. Ad qḋ rn̄dem⁹ ſcd̓m Tho. ſa ſe. q. clxxxvij.
Ꝙ quadruplici de cauſa poſſet quis mendica-
re. Primo cauſa cupiditatis: dū qs mendicat
vt theſauriȥet vel vt ſic viuat de mendicitate:
q victū poſſet acqrere laborando. Vn̄ lex ciui-
lis imponit penā validis mēdicantib⁹: q nō ꝓ
pter humilitatē vel vtilitatē vel neceſſitatem
mendicāt. Scd̓o pōt qs mēdicare cauſa humi-
litatis. Nā actus mēdicatōis hꝫ quandā abie
ctionē ſibi cōiunctā: vn̄ illi abiectiſſimi vident̄
inter hoīes eē qui nō ſolū ſunt paupes ſed in
tātū egentes ꝙ neceſſe habēt ab alijs victū acq
rere: Et ſcd̓m hoc humilitatis cauſa aliq lauda
biliter mendicāt. Vn̄ Hiero⁹ in ep̄la ad Occe
anum cōmendat fabiolā de hoc ꝙ optabat vt
ſuis diuitijs pauperibus effuſis ꝓ xp̄o ſtipes
acciperet. Qḋ beat⁹ Alexi⁹ ꝑfecit q omnib⁹ ſu
is dimiſſis ꝓpter xp̄m gaudebat ſe etiā a ſuis
ſeruis elemoſinā accepiſſe. Beatus inſup Frā
ciſcus in ſua regula ita dixit. Fratres nihil ſibi
approprient nec domū nec locū nec aliquā rem
ſꝫ tanqꝫ ꝑegrini ⁊ aduene in paupꝛtate ⁊ humi
litate dn̄o famulantes: vadant ꝓ elemoſina cō
fidenter: nec oportet eos verecūdari qꝛ dn̄s ꝓ
nobis ſe fecit pauperem in hoc mūdo: hec ille.
Vbi aduertendū ꝙ dn̄s ieſus xp̄s mendicauit
vt ſic in hoc humilitati ſue nobis preberet exē
plum. Vn̄ Bernardus ſup. ij. ca. Luce ait. Vt
te dn̄e ꝑ omnia noſtre paupertati ꝯformares
⁊ oēs vite humane calamitates ſuſciperes q̄ſi
vnus in turba paupeꝝ ſtipē ꝑ oſtia mendica-
bas. Quis me dabit illarum buccellaꝝ men-
dicatarū participem fieri ⁊ illius diuini edulij
reliquijs ſaginari. Tenet Bernard⁹ ꝙ in illo
triduo q̊ xp̄s ſe ſeparauit a matre ⁊ a Joſeph
ex elemoſinis vixit. Et gl. ſup illo v̓bo pſalmi.
Ego aūt mendicus ſum ⁊ paup: inq̄t. Hoc di-
cit xp̄s de ſe ex forma ſerui. Mendicus namqꝫ
fuit quia petēs ⁊ paup. i. ſibi nō ſufficiēs: quia
mundanas copias nō habebat. Et Hiero⁹ in
quadā ep̄la. Caueas ne dn̄o tuo. ſ. xp̄o mēdicā
te alienas diuitias congeras. Tertio pōt quis
mendicare cauſa neceſſitatis. Sicut cū aliqs n̄
poteſt aliqn̄ habere vnde viuat niſi mendicet.
Quarto pōt aliqs mendicare cauſa vtilitatis
cū. ſ. aliqs intendit ad aliqḋ vtile ꝑficiendū: qḋ
ſine elemoſinis fideliū facere nō pōt. Sicut pe
tuntur elemoſine pro cōſtructione pontis vel
eccl̓ie: vel quibuſcūqꝫ alijs opibus q̄ vergūt in
vtilitatē cōem: ſicut ſcholares vt poſſint vaca-
re ſtudio ſapientie. Ex his apparet q̄ꝫ ſit teme
raria ſiue dānabilis illoꝝ ſentētia q religioſos
dānant eo ꝙ mendicādo elemoſinas quibus
ſuſtentant̄ acqrunt cū id laudabiliter fiat. Nā
elemoſine religioſis iō tribuunt̄ vt liberius re
ligioſis actibus inſiſtere poſſint quoꝝ cupiūt
ſe fieri ꝑticipes: q tp̄alia ſubminiſtrāt. Huiuſ-
modi aūt actus ſunt oratiōes: diſcipline: ieiu-
nia: officia diuina: celebratō miſſaꝝ: ſtudiū ſcri
pture ſancte: predicatio euangelij ⁊ huiuſmōi.
Vt ergo iā ad Mattheum ap̄lm redeam⁹: de
ipſo nō ſolū legimus ꝙ reliquerat oīa: ſꝫ etiam
ex poſt oblata ſibi munera copioſa cōtempſit
Nā predicans in ethiopia ī ciuitate q̄ dicit̄ va
daber duos magos noīe Zaroes ⁊ Arfaxat ibi
reperit: q ita hoīes ſuis actibus dementabant
vt quoſcūqꝫ vellēt mēbroꝝ officio ⁊ ſanitate
priuare viderent̄: q in tātā ſupbiā eruperunt
vt ſe quaſi deos ab omnibus facerent adorari.
Mattheus aūt ap̄lus predictā ciuitatē ingreſ
ſus ⁊ apud Eunuchum candacis regine quem
Philippus baptiȥauerat hoſpitatus ita ma-
gorum preſtigia detegebat: ꝙ qcquid ipſi facie
bant hoībus in ꝑniciem: hoc iſte cōuerteret in
ſalutem. Eunucho aūt ſanctū Mattheū inter
rogāte: quō tot linguas loquereť ⁊ intelligeret
expoſuit ei Mattheus quō ſpū ſcō deſcēdente
oīm linguaꝝ ſcientiā ap̄li recepiſſent: vt ſicut
illi q ꝑ ſupbiā turriꝫ vſqꝫ in celū edificare vole
bant pre confuſione linguarū ceſſarūt ab edifi
cio: ſic ap̄li ꝑ oīm linguaꝝ ſcientiā turrim nō
de lapidibus ſꝫ de virtutib⁹ cōſtruant: ꝑ quaꝫ
oēs q crediderint celū aſcēdant. Tūc venit qui
diceret magos illos cū duob⁹ adueniſſe draco
nibus qui ignē ſulfureum ex ore ⁊ narib⁹ euo-
mentes cunctos hoīes occidebāt. Ap̄lus autē
